v. 39. κῶμος, Graecis omnino est quoduis solemne conuiuium et comissatio, vt infr. v. 444. Inprimis vsurpatur de lasciuo cantu cum tripudio. vid. Aristoph. Thesmoph. v. 997. ibi est: μέλπειν Διόνυσον κώμοις, Bacchicis cantilenis celebrare. Vnde Hesych. κῶμοι, ἀσελγῆ καὶ πορνικὰ ἄσματα, καὶ συμποσιακαὶ ᾠδαί. Etymolog. ἔστι δὲ κῶμος καὶ ᾠδὴ ὀρχήσεως κ. λ. Tum vero κῶμοι dicuntur sodales Bacchi, vt h. l. et Bacch. v. 1166. vnde Bacchus ipse in Aristoph. Nub v. 604. vocatur κωμαστής. vid. Schol. ad Theocrit. Idyll. III. v. 1. Weller. Bos. Wetsten. aliosque Interpret. ad Rom. XIII, 13. et Suartii libellum singularem, de Comissationibus Veterum, qui prodiit Altorf. 1744. Caeterum non male Cel. Manso in not. ad Bion. Idyll. η, v. 4. p. 267. κῶμοι, in vniuersum denotasse existimat, laetitiam, hilaritatem, hinc de singulis laetitiae speciebus, quarum sint multae, esse vsurpatum. In l. l. est: κῶμον ἄγων ibi Longepierre: *Je vais conduire une serenade*, sed Vulcan. conuiuia mixta choreis pastorum peto. vid. eundem et Vulcan. ad Idyll. I, v. 97. vbi tamen verior lectio mihi esse videtur: κόμμος. vid. Casaubon. Satyr. P. L. I, c. 4. et 5. Intelligendi igitur h. l. sunt sodales Bacchi, vt apud Athenaeum et Demosthen. vel omnino dicendum, κῶμον esse turbam iuuenum, hanc enim significationem inesse h. v. docuit Barnes. ad h. l. et Supplic. v. 390. (vbi etiam Markland.

Digitized by Google

land. monet h. v. de quauis multitudine dici) et Ion. v. 1197. adde Schol. Hippol. v. 54. qui κῶμον προσπόλων ὀπισθοπῆντα interpretatur per χορὸν π. ἑπόμενον. Spanhem. ad Ariſtoph. Plut. v. 104. vbi plura monuit de v. κῶμος, addit, dici etiam de florente et armata iuuentute apud Eurip. Suppl. v. 390. vnde in loco noſtro illuſtrari poſſe verba κῶμοι συναστίζοντες κ. Συναστίζοντες ſunt iidem qui Euripid. Hippolyt. v. 54. dicebantur κῶμος προσπόλων ὀπισθόπους. De v. συναστίζειν eadem valent, quae ſupra ad v. 6. monuimus de v. παραστίζειν. Heſych. vertit per: συμμαχῶν, quod etiam ſignificat auxilium ferre, vt Maccab. L. III. 3. 10. Hinc ſimpliciter comitari. Vnde et h. l. poſſet verti: turba iuuenum comitans B. Tum bonus ſenſus exſiſtit, nec opus eſt, vt cum Caſaubono pro συναστίζοντες legamus συναστίζοντι, quod retraheretur ad Bacchum, ſenſumque redderet multo difficiliorem. Iam forte videre licet, κώμους συναστίζοντες προσιέναι εἰς A. δ. eſſe i. q. ſimplex κωμάζειν ſ. κωμάσδειν, ſenſu illo, quem ſupra ineſſe monuimus h. v. a Schol. ad Theocrit. l. l. indicato. Hic enim dicit: Τὸ κωμάζειν λέγεται ἐπὶ τῶν κατὰ νύκτα εἰς τὰς ἑρωμένας ἀπερχομένων. Eodem ſignificatu apud Bion. l. l. occurrebat v. κῶμον ἄγειν. Florens Chriſtianus ingenioſe ſed ſine omni cauſa legit: καμοὶ, quod nec Barneſio ineptum viſum eſt, adque Silenum eſſet trahendum, qui comes Bacchi erat, quem ſequebantur Satyri. Huic coniecturae Musgrauius fauere ait, quod συναστίζειν plerumque ſine Accuſat. iungatur, cuius rei exempla attulit, q. v. Idem haec monet: „κώμους, ita MSS. Steph. quorum auctoritati obtemperandum putaui. Ed. Ald. κῶμοι, vnde et κῶμον facias, quod fortaſſe elegantius.“ Hoc κῶμον ſ. κώμους etiam Heathius praefert, comeſſationes vna peragentes. Nam pluralem non accipi de vno ſodalitio l. contubernio. Ἀλθαίαν, (ſic enim legendum apud Heſych. pro Ἀλθέαν, quod vitium ſcribendi fortaſſe inde eſt ortum, quoniam antecedens vocab. eodem modo ſcribebatur, quod tamen, Heſych. teſte, herbae quoddam genus eſt, quae ſecundum Dioſcoridem dicitur Ibiſcus) mater Melea-



Digitized by Google

gri, auctore Schol. ad Homer. Il. I, 544, 551. De amore Bacchi in Althaeam vid. Hygin. f. 129. e qua natam esse Deianiram narrat historia, quam descripsit Apollodor. Bibliothec. L. I, c. 8. §. 1. ed. Heyn. Ibi de Oeneo Chalydoniae rege dicit: γήμας δὲ Ἀλθαίαν τὴν Θεσίου, γενῶ T. — καὶ Δηϊάνειραν, ἣν Ἀλθαίαν λέγουσιν ἐκ Διονύσου γεννῆσαι, ad quem locum plura monuit Cel. Heyn. p. 114. Ceterum obiter liceat monere h. l. esse in Indice copiosissimo Euripid. a Cel. Beck. editi omissum in v. Ἀλθαία.

v. 40. ἀοιδαῖς (ᾠδαῖς s. φωναῖς) βαρβίτων σαυλούμενοι, delectati s. saltantes ex barbitorum cantu. Nam βάρβιτος est lyra maior graui sono. vid. Celeb. Iani ad Horat. Od. I. 1, 34. Suidas, (vnde sua habet Phauorin.) βάρβιτος, ψαλτήριον, κιθάρα, εἶδος ὀργάνου μουσικοῦ. Fortasse hanc glossam descripsit ex Schol. Euripid. Alcest. v. 345. qui haec habet: εἶδος ὀργάνου μουσικοῦ ὁ βάρβιτος, βαρυτέρας ἔχων τὰς χορδὰς καὶ ἐστὶν οἱονεὶ βαρύμιτος τὶς ὤν. Hesych. explicat per: εἶδος κιθάρας, ἢ λύρα. vid. Bisset. ad Aristophan. Thesmoph. v. 144. qui etiam Etymolog. M. explicationem h. v. laudauit, et ad eundem l. Bourdin. qui addit, hoc voc. apud Athenaeum (L. IV, 24.) nec non in Sapphus et Anacreontis Odis (XVIII, 46.) occurrere, vid. Aristotel. Politic. L. VIII, 6. qui in genere feminino h. v. vsurpat, et Coel. Rhodig. IX, 4. qui Anacreontis esse εὕρημα cum Athenaeo monet. σαυλοῦσθαι Hesych. τρυφᾶν, ἐναβρύνεσθαι, ῥίπτεσθαι, per quod etiam Photius explicat. Barnes. interpretatur per: ἁβρῶς καὶ τρυφερῶς βαδίζειν καὶ κόσμως χορεύειν, laudatque Homer. Hymn. Baceh. v. 28. vbi occurrit, σαυλαὶ ποσὶ βαίνειν, adde Med. v. 1164. vbi est: ἁβρὸν βαίνειν ποδί. Ibi Barnes. in not. per σαυλοῦσθαι explicat. Aldus legit: σαυλούμενος, tumque ad κρότος refertur, nescio an satis bene. Non dicam nimis remotum esse praedicatum σαυλ. a subiecto κρότος, quid vero esset κρότος σαυλούμενος in hoc contextu! et nonne, si lectio recepta seruatur, sensus commodus est atque facilis? Eodem modo mihi probari non posse videtur lectio

σαυ-

Digitized by Google

συναυλημένοις, quod pertineret ad ἀοιδαῖς. Denique non eſt, quod cum Barneſio legamus συναυλήμενοι, vt Bacchius ſit in loco quinto, qui in ſenario iambico locum non habet. Brumöus ita h. l. vertit: *Croyés vous donc aller au ſon des inſtrumens, comme autrefois, accompagner Bacchus aux feſtins d'Alethée?*

v. 41. ſſ. Chorus, qui ex Satyris conſtat, paſtorum more pecora alloquitur, et tempora illa felicia memoria repetens, quibus Baccho inſeruiebat, triſtem ſortem deplorat, quae nunc ſub Cyclopis crudelis imperio contingat. Ridiculum profecto ſpectaculum praebere debebat eiusmodi Satyrorum turba, quae armenta compellabat carmine elegantter compoſito. Nolo enim lectorem ad illam, quam ipſe ſentire debet, elegantiam in verſibus ſſ. adducere. Dum vero cogitamus, eos ex Satyrorum, quales antiquitas fingit, ore prouenire, tum profecto riſum tenere non poſſumus. πᾶ, quod doricum eſt pro πῇ alibi i. q. πῶς, ſed h. l. vt ſaepius apud Poëtas, v. c. Hippolyt. v. 673. et 1066. i. q. ποῖ, quonam. μοὶ, vt in omnibus fere linguis abundat. Malo tamen in Hoogeueni ſententiam cedere, qua latentem ſecum afferre notionem teneri affectus l. imperioſi (vt h. l.) monet. Vid. eum ad Viger. Id. Gr. p. 161. et Rittershuſ. ad Oppian. Cyneg. I, 89. p. 15. Quanquam interdum παρέλκειν non negauerim. Vid. Amiciſſimum Bayerum, Profeſſor. Erlang. in Diſſertatione, quae continet Adnotationes quasdam in Theocrit. Idyll. XV. Sectione eius altera, P. V. ad v. 3. ſſ. vbi laudat inter alia Vechner. Hellenolex. p. 175. ſſ. adde quae ſupra monuimus ad v. 27. Barneſ. ad Euripid. Bacch. v. 217. ſcribit, ſi ſit ſuperuacuum illud pronomen, quod vult l. l. Brodaeus, tamen eleganter adeſſe, ſaltem ornatus cauſa. vid. eundem ad Euripid. Iphig. Aul. v. 613. et Taur. v. 922. Suppl. v. 44. et Euſtath. ad Homer. f. 999. l. 36. Reiskius notat, Chorum h. l. alloqui arietem aut hoedum. γεννάδος, generoſus, praeſtans, pinguis. Nam Timaeus in Lex.

Digitized by Google

Lex. Platon. explicat de eo, quod in suo genere excellit, vnde homines, animalia, et incorporea sic dici Ruhnken. l. l. docet. vid. Xenoph. Oeconom. XV, 4. ἐκ πατέρων καὶ τοκάδων, descriptio parentum et auorum etiam Scriptoribus SS. non inusitata, subint. autem βλαστοῦσα, vel φῦσα vt Sophocl. Aiac. 90, 202. vid. Musgrav. ad Ion. v. 116. Caeterum τοκὰς, q. alibi μήτης, (Suid. τ. ἡ γεννῶσα) etiam de bestiis vsurpatur. v. c. Euripid. Med. de leaena v. 187. Sic in LXX. virali versione III. Reg. IV, 26. τοκάδες ἵπποι. vid. Rittershus. ad Oppian. Halieut. Lib. I. v. 735. p. m. 214. s. et v. 725. νίσσομαι, στρέφομαι, πορεύομαι cf. Etymol. M. pag. 606. et Callimach. H. Iov. v. 25. σκόπελος, (ὑψηλὴ πέτρα, auctore Cyrill. Lex. Ms. Brem.) locus vnde possumus res circumiacentes σκοπεῖν, hinc rupes in mare prominens sic dicitur. Omissa autem est praepos. εἰς, quam omnia verba motum ad locum significantia omittunt, quod Reisk. iam monuit. Addere possumus Hoogeuen. ad Viger. Id. Gr. p. 572. et Lamb. B. Ellips. Idem quoque fit post verba diuisionem declarantia, vid. Cel. Fischer. ad Platon. Parm. 14. c. Caeterum prioris exempla sat multa occurrunt apud Homer. vnde Virgil. saepe hanc aliasque praepositiones negligit, vid. Heyn. Summum V. ad Aeneid. L. I. v. 2. τῷδε sc. τόπῳ, vel χώρᾳ, si cum Scaligero legere malueris τᾷδε. Ita Ms. E. et G. Bibl. Paris. Reg. quae contulit Musgrav. qui eam illi alteri lectioni praefert, quae in Ald. ed. legitur. ὑπήνεμος s. ὑπηνέμιος, pro quo teste Moeride etiam dicitur ἀνεμιαῖος. (vid. Pierson. l. l.) proprie, qui vento est expositus, ὁ ὑπὸ τὸν ἄνεμον. Vnde ἀκτὴ ὑπήνεμος apud Theocrit. Idyll. XXII, 32. Quia autem quod vento est expositum facile dispergitur, hinc s. vanum, irritum, vid. Cel. Beck. ad Aristoph. Au. v. 694. Athen. L. XVI. Alberti ad Hesych. h. v. Kuster. ad Suid. Thom. Mag. p. 57. et 68. vbi cf. Interpret. vnde ὑπηνέμια dicuntur oua, quae alibi ἄνεια s. ἄνεμα et Zephyria, Plin. L. X, 58. quia plerique ea generari a vento putabant. Hinc Vulcanus, qui Apollodoro (L. I, 3. 5. pag. 11. ed. Heyn.) teste,

Digitized by Google

teſte, χωρὶς εὐνῆς l. vt Lucian. de Sacrificc. ſcribit, ἄνευ πρὸς ἄνδρα ὁμιλίας, ex Iunone prognatus dicebatur, etiam ὑπηνέμιος vocatur. Quia autem quod eſt ὑπὸ τὸν ἄνεμον ὐκ ἐναντίον τῷ ἀνέμῳ, ei nihil obſtat, etiam ſignificationem celeritatis habet. Caeterum i. q. ὑπαίθριος apud Prometh. Aeſchyl. v. 113. h. l. lenis, dulcis aura. vid. Gataker. ad M. Antonin. de reb. ſ. Lib. VI. §. 16. αὔρα, πνοὴ, πνεῦμα, ἄνεμος. Ariſtotel. de Mund. T. I. p. 468. notat, αὔρας proprie eſſe nominatas τὰς ἐξ ὑγροῦ φερομένας ἐκπνοάς. In Phoenn. v. 1704. eſt ναυσίπομπος αὖρα, ventus velis ſecundus, nauigantibus fauens. v. Schol. ad Hecub. v. 444. et Barneſ. ad Supplic. v. 1048. Summopere mihi arridet ingenioſa Musgrav. emendatio, ſcribentis αὐλὰ pro αὖρα, nolo tamen ſine omni cauſa contra auctoritatem omnium Codd. corrigere.

v. 46. δινῶεν ὕδωρ ποταμῶν, aqua vorticibus circumacta. δινᾶεν. Recte ita MS. G. Ed. Ald. δινῶεν, quod cum Analogia pugnat. Musgrav. In fine h. v. 46. plene diſtingui vult Heathius. δῖναι, αἱ τῶν ὑδάτων συστροφαί. v. Heſych. Suid. Thom. M. in v. δινῶν, et Interprett. ad Theocrit. Adoniazuſ. v. 82. Celeb. Beck. ad Ariſtophan. Au. v. 696.

v. 47. 48. πέλας, i. q. v. 154. ἔσσον. τέκεα ſ. τέκνα, non de hominibus ſolum, ſed etiam beſtiis vſurpari conſtat. cf. Ariſtoph. Plut. v. 292. Coluth. R. H. v. 136. etiam in LXX. virali v. 1. Reg. XIV, 32. Symmach. Iob. V. v. 7. pro quo Aquila habet: υἱός. vid. Gataker. de Stil. N. T. c. XVI. et Vorſt. Philol. S. 11. 24. p. 54. Eodem modo et βρέφος occurrit, vid. Weſſeling. ad Herod. III, 153. vnde forſan Rittershuſ. haec aliaque exempla non in mente habuiſſe videtur, notans: ſe credere vix alibi βρέφος de animalibus reperiri, praeter Oppian. Halieut. L. V. v. 464. vbi iſta monuit, et quem ipſe laudat Phil. Mantichor. (Hiſtor. anim. 35, 22. p. 65. ed. Bersmann.) βλῆχή quod proprie vt h. l. de ouibus

Digitized by Google

bus dicitur, alibi etiam de infantibus recens natis adhibetur, cum ab vberibus matris abrepti vagiunt, quia eorum vagitus similis est balatui ouium. vid. Schol. ad Aeschyl. Theb. v. 353. et Valkenar. ad Ammon. p. 228.

v. 49—51. ψίττα. Heath. h. v. non interrogatiue, sed imperatiue accipit et scribit ψίττ', v. 49. vt respondeat antithetico. Totum locum inde a v. 44. vertit ita: Non istac in parte est aura ventis leuiter agitata, et herbosum gramen et vorticosa aqua fluminum, in alueis haec continetur prope antra, vbi tibi sunt balatus agnorum. Heus tu, non haec, non haec depascas, nec equidem cliuum roscidum. Ibid. Villois. ad Apoll. Soph. I. p. 351. confert Theocrit. Id. VIII. σίττα, νέμεσθε, νέμεσθε. ψίττα, i. q. φίττα vel ψίττα vel σίττα. Hesych. teste, ἐπὶ τῶ ταχέως ἀποδραμεῖν λέγεται, vbi Kuster. et Soping. etiam hunc nostrum locum laudarunt. vid. de h. v. Schol. Theocrit. Idyll. IV, 45. et Interpret. l. l. Ibi simili modo Corydon hircum compellat. Σίτθ' ἃ Κυμαίθα ποτὶ τὸν λόφον. ἴχ ἐκεκείης; Ἤξῃ, ναὶ τὸν Πᾶνα, κακὸν τέλος αὐτίκα δυσῶν, Εἰ μὴ ἅπαν τετῶθεν. ἰὼ αὖ πάλιν, ἁδὲ ποθέρπει. Εἰθ ἦν μοι ἐοικὸς τὸ λαγωβόλον, ὥς τυ πατάξω. Qui locus cum nostro est conferendus. Item Idyll. V, 100. Σίττ' ἀπὸ τᾶς κοτίνω ταὶ μηκάδες. ἆδε νέμεσθε, Ὡς τὸ κάταντες τῦτο γεώλοφον, ἅτε μυρῖκαι. Sic etiam alibi pastores pecora compellantes introducuntur. vid. Long. Pastoral. p. IV. 116. et Warton. ad Theocrit. V. 101. Virgil. Bucol. Ecl. III, 94. 95. Reiskius post v. v. ἄ σοι βλαχὶ τεκ. subintelligit εἰσί, et pro ἄ legit ἆ, ita et Casaubon. et Heath. vbinam balant oues? potius subint. ἀκούσται. Audisne balantes oues? Iam cogitandum est mente, caprum ad alia pascua recedere, nolleque redire domum. Vnde Chorus: ἁ ταὰ ἄ, ἁ τ. νέμ. Iam caper rursus ascendit cliuum roscidum. Hinc pastorum turba, ἄτ' ἄν (Mss. G. ἄτ' αὖ) indignabunda clamat ὠή, quod in rebus laetis (Schol. Phoenn. v. 1074.) et calamitosis (Phoenn. 276. v.) vsurpatur, sed Heath. legere mauult, ἆ, vt metrum antitheticō respon-

Digitized by Google

ſpondeat, atque ante σὺ ſubintellig. κατά. Ego Vulgatam retineo. πέτρος, quod atticum eſt, alibi πέτρα, apud vet. Graecos rupem, ſed media aetate lapidem quemlibet denotat. vid. Salmaſ. ad Solin. XII. pag. 851. ed. Traiect. Heſych. πέτρον, λίθον. vbi vid. Alberti. cf. Fiſcher. Cel. Ind. Aeſchin. et Moſchopul. π. σχεδ. pag. 135. Warton. ad Theocrit. Id. X, v. 109. τάχα, ſic Musgrau. Heath. Brod. Barneſ. aliique. Verum Septim. Florens legit κατά σὺ. Prior lectio haud dubie eſt praeferenda, quia magis conſentanea eſt paſtori irato, ſubint. autem κατά, vnde etiam Theocrit. Id. IV. l. l. αὐτίκα occ. Praeterea τάχα ſaepius poetis frequentatur pro ταχέως (Euripid. Bacch. v. 586.) non tamen Proſaicis SS. v. Thom. M. p. 835. Alibi, vt obiter hoc tangamus, i. q. ἔπειτα, Photio apud Ruhnken. ad Tim. L. Plat. teſte. vid. eum p. 111.

v. 52. Ald. ὑπάγω, Musgrav. pro altero ὕπαγ' ὦ, vt Edd. recent. Stephano auctore habent, venuſtius cenſet ὕπαγ' ὦ ὕπαγε, κ. κεραςὴς, κερατίςης i. q. κερατηφόρος. Cyrill. gloſſar. cornupeto κερατίζω. κεράςα penultimam corripit. v. Clark. Homer. Il. β. 537. Verſus enim proſodiacus eſt, ex ionico a maiore pentaſyllabo et choriambo. Heath. Reiskius monet ad vocem κεράςα, vetuſtam manum in codice editionis Brubachianae adſcripſiſſe *Silene*, quod interpretationi Barneſianae praeferre vult. Sed cauſam nullam video, qua motus illam alteram propriam ſignificationem abiiciam, quae ſenſum ſeriemque orationis multo reddit faciliorem.

v. 53. ςασίωρον, quod in Lex. omittitur, eſt locus in monte vbi quis commoratur, ςάσις (ſ. ςαθμὸς) ἐν τῷ ὄρει, et quidem in eius parte, quae ὑπωρείον dicitur. vid. Suid. in v. ἀκρώρειαι. Nam in monte erant ἄντρα, quae inhabitabat Cyclops. vid. ſupra v. 20, 22, 35. et infr. v. 118. et alibi. Infr. v. 60. vocatur αὐλαὶ, vbi vid. quae monuimus. Mirari ſatis nequeo, qui H. Stephanus perſtringendo Brodaeum, eodem quo nos, modo vertentem, errare potuerit, negans ςασίωρον deriuari ab ὄρος, quoniam tum non poſſit eſſe ω. Eum iam refu-

Digitized by Google

refutauit, quod vix refutatione eget, Barnes. ad h. l. Neque igitur est, quod cum Stephano et Scaligero, σασίωρος vel σασίωρε, cum Duporto σασιωρῶν legamus. Musgrav. intelligit de Sileno, qui Cyclopis σασ. i. e. σάσεως φύλαξ dicatur, et Heath. legendum censet: τῦ μηλοβότα σασίωρος, quod attice pro Vocatiuo accipere vult et significare putat stabulis praefectum ex ὥρα cura (de quo vide Warton. ad Theocrit.) Musgrav. non absurde legi posse addit: μηλ. σάσιν ὥραν (i. e. ὡραίων tempestiue). Sed profecto nulla causa est, ob quam sic legamus.

v. 54. ἀγροβότης, i. q. ἄγροικος s. ἄγριος vel ἀγρονόμος, i. e. ὁ ἐν ἀγροῖς διαίτων (vid. Hesych. et ad h. l. Albert) homo qui in agro viuit seque alit. Nam βόσκειν non solum de bestiis sed etiam hominibus dici vel ex Homero constat. Neque igitur causa satis idonea est, ob quam Reiskius legere mauult αἰγιβότα, (pastoris ouium et caprarum) aut Scaliger αἰγοβώτα, quod versum turbare monet Barnes. ad h. l. quem vide. Praeterea etiam epitheto praecedenti μηλοβ. aduersari Musgrav. docet. Verior lectio haud dubie est vulgata ἀγροβότα, non, quam Barnes. proponit, ἀγροβώτα. Haec enim, quod iam notauit Musgrav. non melior est recepta. Eidem Musgrav. nescio cur, verum videtur ἀγροιώτα, quod tamen eandem cum recepto v. significationem habet. μηλοβότα, non Vocatiuus est, quem voluit H. Steph. pertinet enim ad σασίωρον. μηλοβότης vel βότος vel βότης, est νομεὺς τῶν μήλων. Nam βόσκειν vt βοτὴς s. βοτὴς respondent vv. νέμειν et νομεύς. Vnde βοτα greges, Euripid. Hippolyt. v. 75. et μηλοβότον, locus vbi oues pascunt. vid. Hesych. et Suid. qui explicat per: προβάτων ποιμήν. Hos quinque versus inde a v. 49. frustra a Cantero Strophae attributos existimat Musgrauius, „quoad me„trum certe (scribit ille) a sex vltimis Antistrophae, prout „ab eodem constituta est, i. e. a vv. 63—68. nimium quan„tum discrepant. Vnde hanc particulam a reliquo ἀσματίῳ „separandam puto, praefixo Titulo Μεσῳδός. v. Hephaestion. „p. 70.

Digitized by Google

„p. 70. ed. Turneb. Alioqui duplex Ἔκδοσις erit, vt voca„tos fuisse docet Scholiastes Pindari.“

v. 55. ὑπαργῶντες μαστοὶ, mammae lacte plenae, vt Hesych. explicat. Sic Euripid. Bacch. v. 700. σπαργᾷν proprie de luxuriante humorum ad excretionem prurientium impetu, v. c. de lacte, quod vbera distendit. vid. Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. pag. 167. vbi etiam h. l. nostrum citauit; et Arnald. Lect. Grr. p. 122. item Foës. Oeconom. Hippocrat. Caeterum μαστὸς s. μαζὸς proprie de muliere, sed μαζὸς de viro vsurpatur, teste Ammon. Eustath. ad Homer. Il. δ. pag. 344. lin. 10. et Schol. Eurip. Hecub. v. 144. qui monet μαστὸν esse mulierum, ἀπὸ τῦ μεσὸν εἶναι γάλακτος, sed μαζὸν s. μαζὸν virorum ἀπὸ τῦ μὴ ἐδίεσθαι. Quod discrimen apud optimos SS. negligi, nemo nescit. vid. Alexandr. Vit. Plutarch. §. 305. vbi Macedones dicuntur mamillarum tenus madefacti Hydaspen transiisse. Sic Theocrit. Id. III, 16. Euripid. Hecub. v. 144. Bacch. 700. Callimach. H. Iov. v. 48. vid. Interpret. ad Thom. M. p. 599. vbi recte Sallier. reprehendit Grammaticos, qui cum H. Steph. subtile quoddam discrimen constituere volunt. vid. Suid. l. l. Caeterum forte ob similitudinem aliquam μαστὸς etiam collem notat s. locum excelsum, testibus Hesych. Suid. Spanhem. ad Callimach. pag. 359. vt apud LXX. Ierem. XVIII, 14. χαλᾷν proprie est demittere aliquid e loco superiori ad inferiorem, vnde etiam metaph. de eo dr. qui frontem exporrigit, et demit supercilio nubem, vt cum Horatio (Epist. I, 18, 94.) loquamur. vid. Schol. Aristoph. Vesp. v. 653. 726. Au. v. 382.

v. 56. θηλὴ, apex s. mammae pars extrema, deinde pro mamma bestiarum hominumque ipsa dicitur, vt μαστὸς. σπορὰ, foetus, animalium hominumque progenies. Nam σπορὰ pr. est seminatio, seges, Euripid. Hecub. v. 659. Reiskius iungit σπορὰς cum ἀρῶν ita, vt pro periphrasi habeat



Digitized by Google

agnorum. Sic βοσκήματα μόχθων Bacch. v. 677. Porcius Licin. apud Gell. Lib. X. X. c. 9. *teneraeque propaginis Agnum.* vid. Musgrav. ad h. l. Pro noſtro θαλάμοις, Barneſ. mavult legere θαλάμαις, quia θαλάμαι ſint ζωϊκαὶ καταδύσεις, verum θάλαμοι de rationalibus dicantur. vid. eum ad Phoenn. v. 938. vbi Euſtath. laudat. Sed haec in h. l. ſignificatio non conuenit, vt monuit Musgrav. l. l. Addere poſſumus Schol. ad Bacch. v. 561. qui, vbi explicare vult l. v. repetit illum l. l. ſcribitque θαλάμαις, ibi etiam confer. Barneſ. Caeterum neſcio, an hoc diſcrimen tam accurate vbique obſeruetur, vt ne ſemel Poëtae liceat vti maſculino genere pro feminino. Inprimis cum hic de antro ſermo ſit, quod homines cum pecude coniunctim inhabitabant, (vid. v. 35.) et ſic ap. Philipp. Anthol. p. 426. occurrat. Suidas: Θαλάμοις καὶ θάλαμος, οἶκος ἢ κοιτών. Heſych. θάλαμος, οἶκος μυχὸς, ſic enim cum Heinſio legendum, non οἶκος, μυχός. Niſi malueris μυχὸς ſeorſim ſpectare pro μυχῷ ἄντρου, tum gloſſa non eſſet emendanda. vid. Feith. Antiquitat. Homeric. Lib. III, 11. pag. 364. ſſ. ed. Stöber. et Moll. ad Long. pag. 119. Caeterum eandem legem, quam ſibi praeſcripſerat Barneſ. ſequutus eſt in Euripid. Ion. 394. et Here. fur. v. 807. ἀμεροκοίτης l. ἡμεροκ. i. q. ὁ κοιμᾶν διὰ τὴν ἡμέραν, vt h. l. Vnde dicitur de fure nocturno, qui die dormit, vt noctu vigilare poſſit. Hinc dormitator apud Plaut. in Trinumm. Scen. II. Act. IV. v. 20. 142. vbi vid. Interpret. Schol. apud Oppian. per κλέπτης interpretatur. vid. Turneb. Aduerſar. p. 637. et Arnald. Lect. Grr. p. 65. Caſaubon. ad Athen. p. 504. Heſiod. Ἔ. κ. Η. v. 605. βληχὴ alibi de infantibus, qui ab vberibus matrum abſtrahuntur, vt h. l. de agnis, quod iam ad v. 48. obſeruauimus.

v. 58. 59. ποθῆσι, ἐπιποθῆσι, ζητῆσι. αὐλὰ, τόπος διαπεπταμένος (Athen. Dipnoſ. L. V, c. 3. vbi vid. Caſaub.) locus ſubdialis, vento expoſitus. Quia autem in eiusmodi locis oues continentur, inprimis ouile denotat. Pollux Onomaſt.

Digitized by Google

maſt. L. I. ἕ μὲν οἱ βόες ἵσανται, βύσσωμα, βουνάλια, βουσάσους, ἕ δὲ οἱ ὄϊες καὶ αἶγες, αὐλὴ καὶ σηκός. vid. Apollon. Argon. L. I. 575. 1173. et Graev. Lect. Heſiod. pag. 732. qui monet, αὐλὰς eſſe manſiones, vbi oues, caprae aliaque animalia minora ſtabulentur, ibique ad l. noſtrum prouocat. Eodem ſ. eſt in Ioh. X, 1, 16. vid. Euſtath. Homer. Il. ω, v. 29. et α, v. 425. vbi etiam aliae ſignificationes h. v. ſunt notatae. vid. Barneſ. ad Homer. Od. δ, v. 74. Hinc aula paſtoris, Propert. III, 12, 38. Petron. p. 679. ed. Burmann.

v. 60. ἀμφιβάλλως, l. ἀμφιβαλῶς, vt eſt in Edit. Barneſ. Henr. Stephan. ſuſpectum habet h. v. quoniam non intelligit, quomodo poſſit ſignificare: redire. Barneſ. qui alibi H. Stephan. erroris conuincere remque explanare ſtudet, h. l. non ſatisfacere videtur, quippe monens: hanc non neceſſario affigendam h. v. ſignificationem, ſin legatur ἀμφιβαλῇ, (hanc enim lectionem et alteram ἀμφιβαλῶ proponit H. Stephan.) quod praefert Barneſ. exponendum eſſe: operieris, contegeris, vtpote ſub tecto. Brodaeus vertit: in caulam tandem ingrederis. Sic omnes Interpret. intellexere, neminem tamen alioquin leuiora enarrantem vidi quidquam de h. v. ſignificatione monuiſſe. Neque minus ego multum in h. v. explicanda ſudaui. Neutram enim lectionem Stephani amplecti volebam. Certe illa altera, quam praefert, Barneſ. an artificioſior remotiorque poſſit cogitari, valde dubito. Nam quid eſſet hoc in hac eleganter ſed ſimpliciter ſcripta paſtorum oratione. Num tu κεφάσῃ mox obtegeris ſ. operieris tecto ſcil. αἰτναίων σκοπέλων. Hic ſaltem Poëtae ornatus male h. l. eſſet adhibitus, omnemque potius elegantiam ſimplicem paſtoralem turbaret, quam adiuuaret. Niſi interpretari malueris per circumire, obire; ſic enim ἀμφιβάλλεσθαι vſurpatur apud Callimach. H. Del. 301. et Oppian. Cyneg. L. IV. 189. ἀμφιβαλέσθαι εἰς τέκνα καὶ δόμον Androm. v. 1192. Sic etiam Heath. accepiſſe videtur. Musgrauius legendum cenſet: Ἀμνὶ βαλῶς, laudatque Theocrit.



Digitized by Google

V, 3. et Schol. ad h. l. qui voc. ἀμνὶς illuſtrat ouemque intelligit, quae agnum peperit. Sed nemo non, hane eſſe ſtudio quaeſitam lectionem, videt. Heath. quia non bene graece dici exiſtimat ἀμφιβάλλεσθαι ὅς τι, pro ὡς ingenioſe legendum praecipit, ἄ γ', commatis tantum nota ad fin. v. 59, poſita. Exſpectans te, ſi tandem aulam intrabis, Cogitabam de lectione ἀμφιβαίνεις, tum fere i. q. ἀμφιπεριστρέφῃ, oberras, aut praepoſitionem nullam h. l. habere vim dicendum eſſet, quod ſaepius fieri nouimus. Incidebam etiam in lectionem ἀναβαίνεις, quoniam antrum in rupe altiori erat excauatum. Aſcendisne? l. ἀμφιάλλῃ, quod tamen h. l. non bene locum haberet. Cum autem retinere mallem lectionem receptam, ſic fere difficultatem enodare ſtudui. ἀμφιβάλλειν eſt i. q. χωρὶς βαίνειν, ſecedere, ſeorſim ire, ſenſumque mihi videbar hunc reperire. Secedisne in caulam? l. ſi eiusmodi ſignificatio locis SS. bene Graecor. non eſſet comprobanda, poſſet etiam illa vulgaris notio ſeruari, qua idem eſt cum ἀμφισβητῶν, quod etiam Heſych. ipſe explicat per v. ἀμφιβάλλειν. Tum igitur omiſſum verbum λέγει eſſet ſubintelligendum, quod et alibi fieri non eget admonitione. Tum ſenſus oriretur: Dubitasne introire? incertusne es? paſcua fertilia linquens etc. *Kannſt du dich noch nicht entſchließen — gehſt du noch nicht? Was wirds!* Poſſemus ergo poſt v. ποτὲ interpungere, et poſt v. ἀμφιβ. ponere ſignum interrogandi, hoc fere modo: ὡς αὐλάν ποτ', ἀμφιβάλλεις; κ. τ λ. Comparare hic liceat locum ex Theocrito ſupra a nobis laudatum. Εἶτ' ἀ Κυμαίθα, ποτὶ τὸν λόφον, οὐκ ἐσακούεις; et paulo poſt, ἰὼ αὖ πάλιν, ἄδε ποθέρπεις, κ. τ. λ. Brumöus ſic fere h. l. transtulit: *C'eſt ici — Deſcends, viens — Si tu ne quittes cette hauteur, je te — Rentre promtement, dans l'antre du Cyclope. Approchés ô brebis. Vos agneaux vous rappellent, les laiſſerés vous languir? Ne quitterès — vous point ces paturages pour revenir dans les antres d'Aetna?* Cel. Beck. putat eſſe h. v. e plebeio ſermone petitum, vt v. c. dicatur: βάλλ' ὀ κόραξ. *Wirſt*

Digitized by Google

*Wirſt du dich bald fortſcheren.* Hanc mecum a Viro Doctiſſimo communicatam explicationem nemo non videt ingenioſam v. Viger. pag. 178. Caeterum Musgrav. ad h. l. monet, verba a βάλλω compoſita ſaepe eſſe intranſitiua, quoties ſc. loci mutationem ſignificent, adque hanc normam licere interpretari v. ἀντιβαλῆς (quod fortaſſe pro ἀμφιβαλῆς reponendum exiſtimat) diſcedes? viciſſim ibis? Si vero ſemel haec norma proponitur, quidni legamus ἀμφιβαλῆς. vid. Viger. Id. Gr. p. m. 178.

v. 64. Βάκχαι θυρσοφόροι, quia θύρσον, haſtam pampineis frondibus velatam (Ovid. Metamm. III, v. 699.) geſtabant vid. Virgil. Bucol. Ecl. III, 31. Quaenam autem fuerint Bacchae, et vnde θυρσοφόροι dictae, copioſe explanarunt Schol. ad Euripid. Hecub. v. 685. Phoenn. 798. Bacch. 25, 80. vid. Heſych. et Suid. in v. θύρσος et Βάκχος.

v. 65. τύμπανον, tympanum exiguum, quod ſaltantes manu pulſabant, et Franco-Gall. dicitur un Tambourin, Tambour de Basque. vid. Ariſtophan. Plut. v. 476. Interpret. ad Heſych. h. v. et Gataker. Miſcell. Aduerſ. Poſth. c. 46. ἀλαλαγμὸς proprie eſt barritus, ab ἀλαλάζειν, clamare ἀλαλά, quod ſolebant milites ante proelium, et in ipſo proelio, vt animum ad aggrediendum hoſtem excitarent, et poſt proelium victoria deportata. Heſych. ἀλαλαγμὸς, ἐπινίκιος ὕμνος, ἢ εὐφημος βοή. Tum vero vnamquamque vociferationem altam, laetam ac triſtem notat. vid. Schultenſ. Iob. p. 278. et Alberti ad Heſych. l. l. denique de quouis ſtrepitu adhibetur, vt h. l. vid. Wolf. Cur. Marc. V, 38. et Grot. h. l. Ouid. Metamm. IV, 29. „*impulſa tympana palmis, Concaua aera ſonant.*“ κρήνη ὑδρόχυτ. noſtrum: *waſſerrieſelnde Quelle.* κρήνη l. κρηνίς (v. c. δροσερὰ Hippolyt. v. 208.) πηγὴ, ἐκροὴ ὕδατος. Lex. MS. Brem. Cyrill. apud Biel. vid. Heſych. Ergo fere i. q. infra v. 96. νᾶμα ποτάμιον. χλωρὸς l. χλοηρὸς a χλόη, viridis. vnde ποίη χλ. Rapt. Hel. Coluth.



Digitized by Google

v. 114. Gloſſar. *galuus* l. *giluus*, χλωρὸς, *melinus*, lini l. vitium color ita dicitur, teſte Seruio ad Virgil. Georg. III, 83. vid. Euſtath. ad Il. ζ. p. 485. lin. 28. Bochart. Hieroz. P. I. L. II. c. 7. et Musgrav. h. l. Νύσσα, vid. Schol. Homer. Il. ζ. v. 133. et Heſych. vbi recte Valkenar. Heinſ. aliique pro Νύσα cum ſimplici σ, ſcribunt duplex. vid. quae ſupra v. 6. de Nyſa diximus, et Barneſ. ad h. l. Musgrav. legendum cenſet Νύσᾳ cum iota ſubſcripto, vt haec cum ſequentibus connectantur. *Non Nyſae iam cano Bacch. carmen.* Sed grauiori cauſa cum deſtituar, receptam lectionem tueor. Nyſa etiam primum locum obtinet inter Bacchi nutrices. vid. Diod. Sic. L. III. c. 70. Hygin. fab. 102.

v. 69. Ἴακχος, dicitur Bacchus in Myſteriis Eleuſiniis etiam apud Ouid. Metamm. IV, 15. Virgil. Eclog. VI, 15. Georg. I, 166. et Ciceron. Legg. II, 14. vid. Meurſii Lect. Attic. I, 15. Interdum etiam feſtum ita nuncupatur in Bacchi honorem celebratum. vid. Petav. in Themiſtocl. p. 844. Denique de hymno adhibetur, qui in illo feſto canebatur. Vnde non eſt, quod cum Musgrauio v. ᾠδὰν gloſſema eſſe ſtatuamus, quia grammatici docent Ἴακχον carminis quoddam genus ſignificare. Nec de laeto triumphali carmine h. l. intelligendum, quod monet idem Musgrav. quem vide. Interdum omittitur voc. ᾠδή. vid. Schol. Ariſtophan. Ran. v. 319. ſſ. Valkenar. ad Herodot. VIII, 65. p. 647. et Suid. vbi plura Kuſter. nec non Heſych. qui inter alias ſignificationes etiam h. v. vſurpari monet de ᾠδῇ ἣν οἱ μεμυημένοι ᾄδουσι, vnde Brodaeus de carmine dici notat, quod Bacchicis ſacris initiati canant.

v. 70. μέλπω, μέλπομαι, ᾄδω (Heſych.) l. ὑμνῶ. vid. Alceſtid. v. 446. Ἀφροδίτη, Venus. Varias h. denominationis cauſas habent Heſiod. Ariſtotel. Plato. vid. Barneſ. ad Euripid. Troad. 990. Homerus eam facit Diones filiam, quem ſequitur

Digitized by Google

ſequitur Apollodor. Bibl. I, 3. 1. p. 8. ed. Heyn. vid. Schol. ad Homer. Il. V. v. 374. Diod. V. 72.

v. 71. ἂν θηρεύων πετόμαν. Recte Thom. M. neminem Rhetorum dixiſſe πέταμαι ſed πέτομαι monet, ſic enim ſcribendum eſſe cum ſimplici τ, iam Sallier. docuit ad Moerid. p. 311. Idem a Moeride confirmatur, vbi cf. Sallier, qui praeter locum ex Platone etiam hunc noſtrum citauit. Occurrit quidem in Ariſtoph. Au. v. 572. πέτατα, ſed cum ea quae diximus ab omnibus grammaticis, etiam Moſchopul. et Lucian. qui ad vnum omnes πέταμαι vt non Atticum improbant, confirmentur, bene in ſua edit. Cel. Beck. Pierſono ad Moer. l. l. obſequutus ſcripſit πέτεται pro πέτατα, enimvero eiusmodi emendatio in tali contextu facillime poteſt admitti. Certe ego locum in ſcriptore Attico, vbi πέτατα ſcriptum eſſet, reperire non potui. Vnde eandem legem ſequitur Brunck. V. S. in Sophocl. Oed. Reg. v. 1310. vbi atticum πέτεται praetulit formae vulgari πέτανται, quod etiam l. l. Aldus atque pars Codd. habebat. θηρεύων autem, quod alias venari ſonat, etiam vt Latin. *venari* notat: captare, ſtudioſe aliquid ſequi, quaerere. Reiskius ingenioſe, ſed ſine omni cauſa h. l. emendat: Ἴακχον Ἴακχόν ὅταν ἐμολπον πρὸς τὰν Ἀφροδίτα, *quando Bacchum canebam vna cum Venere.* Ex Venere Dea, Musgrauius amaſiam reddit, *propter amaſiam, quam curſu et labore conſecutus eram*, et πρὸς pro διὰ poſitum monet, vt Helen. v. 464. Adde Dionyſ. Halicarn. L. IV. p. 235. et Viger. Id. Gr. p. 645.

v. 72. λευκόποδες dicuntur Bacchae, i. e. formoſae, pulchrae. Quemadmodum apud Homerum centies alia eiusmodi epitheta obuia ſunt, quae a corporis membris ſunt petita, et formoſitatem indicare debent. In h. l. Bacchae ſaltantes conſiderantur, ideoque niueum pedem nominat Poëta. vid. Bacch. v. 863. et Musgrav. ad Bacch. v. 665. vbi locum noſtrum citauit, cauſamque epitheti hanc addit: quod



Digitized by Google

Bacchae nudis pedibus plerumque vel ſemper incedant, id quod locis ex Nonno depromtis probare conatur.

v. 74. Iam Bacchum alloquitur Chorus. οἰοπολῆν, eſt i. q. ἐν ἐρήμῳ ἀναστρέφεσθαι, πλανᾶσθαι, infr. v. 70. ἀλαίνειν. Siue cum plurimis deriues ab ὄϊες et πωλῶν, verſari vbi oues verſantur, ſiue ab οἶον et πωλῶν i. e. μόνον ſ. ἔρημον πωλῶν. Nam etiam Latinis *ſolus*, pro deſertus dici, docuit Drackenborch. ad Sil. Ital. III. 429. Vnde apud Homer. οἰοπόλος χώρα, ὄρος etc. v. c. Od. Λ. v. 573. ibi Schol. per ἔρημος interpretatur, et addit: ὄρεσσι οἴοις. ἐν οἷς ἐστι μόνον πωλᾶσθαι, ἢ ἐστιν ἀναστρέφεσθαι, ἢ ἐν οἷς ὄϊες ἀναστρέφονται, οἷον ὅπου νέμονται τὰ πρόβατα. v. Heſ. Etymol. M. atque Lennep. ad Rapt. Helen. Coluth. v. 15, 302, 110. et 348. Poteſt vero etiam eſſe *oues verſare*, vt Virgil. Eclog. X, v. 68. dicit, i. e. paſcere, vid. Seruium et Cel. Heyn. l. l. qui illud v. cum noſtro οἰοπολῆν comparat. Nolo tamen in hoc contextu hanc recipere ſignificationem.

v. 75. ξανθὰ χαίτη, quae etiam in Troad. v. 227. occurrit, inter pulchritudinis partes praecipuas a Veteribus habebatur, vnde Heſych. ξανθὸς explicat per καλός. ξανθὸς βόστρυχος occurrit in Euripid. Bacch. v. 235. Hippolyt. 220. et apud Homer. ſaepius, vid. Schol. ad eius Lib. I. Iliad. v. 197. χαίτη autem de prolixa coma dicitur. De h. v. aliisque ad comam pertinentibus rebus, cf. Iunii Commentar. in Gruter. Theſaur. T. IV. p. 482. σείων, κινῶν, proprie de motu vibrante, deinde grauiori quaſſante vſurpatur, vnde de motibus terrae apud Thucydid. et N. T. SS. In Euripid. Bacch. v. 185. dicitur σείων κρᾶτα πολιὸν, vid. ibid. v. 140. et 150. vbi plura Barneſ. (De hac formula σείων τὴν κόμην, licet alio ſenſu, egit Caſaubonus in Exercitatt. ad Baron. Annal. ad Ann. XXXII, No. 14. 9. p. m. 290. et 291. ed. Genev.) Theocrit. Idyll. V. v. 91. λιπαρὰ δὲ παῖ αὐχένια σείεται ἔθειρα. Poëtae comas circa colla fluctuantes ad venuſtatem referebant, vnde etiam Apollo et Bacchus cum effuſa ſuper

Digitized by Google

ſuper humeros coma pingi ſolebant, vid. Euripid. Bacch. v. 455. atque *Winkelmann Geſchichte der Kunſt* P. I. pag. 372. Hinc ipſe Homerus in hymno *in Bacchum aut latrones*, Bacchum canit apparuiſſe iuueni viro ſimilem in littore, καλαὶ δὲ περισσάϊστο ἔϑειραι κυανέαι κ. τ. λ.

v. 76. πρόσπολος, δοῦλος, ὑπηρέτης. Phoenn. v. 785. Hippolyt. v. 54. Ariſtoph. Ran. v. 1369. Hinc, qui aliquem in aliqua re adiuuat, Aeſchyl. Sept. adv. Theb. πρόσπολ. φόνου.

v. 77. ϑητεύω, Heſych. δουλεύω μισθῷ, vbi inſerendum voc. ἐπὶ, quae apud Herodot. vbi plena legitur locutio, in Schol. Homer. et Suid. occurrit, vid. Albert. ad Heſych. h. v. Homer. Od. σ. v. 356. Coluth. R. H. v. 279. Alceſt. v. 6. Hinc ϑής, i. q. δοῦλος et ϑῆσσα τραπεζα ibid. init. Sed h. l. i. q. ſimpl. δουλεύω non adiuncta notione mercedis. vid. Barneſ. ad Electr. v. 193. μονοδέρκτης, ſupra v. 21. μόνωψ. vbi nos vide. ἀλαίνων, πλανώμενος. Ita Schol. Phoenn. v. 1502. pro quo alibi ἀλώμενος Euripid. Hippol. v. 897. quam formam etiam a Theocrito et Aeſchylo vſurpari conſtat. vid. Theocrit. Id. V. I. v. 23. Caeterum hanc formam ἀλαίνων, praeter locum noſtrum et Euripid. Electr. v. 204, 589. Oreſt. v. 531. Iphigen. Taur. v. 284. nuspiam legere licuit. ἀλαίνυσι occurrit in Troad. v. 1083. Heſych. ἀλαίνων (ἀλεινῶν enim errorem eſſe typographicum quis non intelligat?) πλανώμενος. ἀλαλῆσθαι quidem ſaepius apud Homer. eſt obuium, v. c. Od. β. v. 370. vbi Schol. reddit per πλανᾶσθαι. Ibid. γ, 333. ἀλαλήμενος. Coluth. R. H. ἀλᾶται, v. 42. ἀλώμενοι, Ierem. XLIX, 3. χλαῖνα, veſtis, quae hiberno tempore ſuperinduebatur tunicae exteriori, laena, fere i. q. φελόνης penula, qua Romani vtebantur in tempeſtate, pluuia, et itinere, vid. Cicer. Orat. pro Milon. Suid. et Heſych. ἱμάτιον χειμερινόν. Pollux: ἱμάτιον ἐπὶ τῷ χιτῶνι, vnde Vlyſſes apud Homer. Il. β. v. 183. eam abieciſſe dicitur, curſus expeditioris cauſa. vid. Salmaſ.



Digitized by Google

ad Tertullian. de pall. p. 397. Meurſ. ad Lycophron. p. 240. Pierſon. ad Moerid. p. 408. Imprimis ruſticorum hoc geſtamen fuiſſe ex Homer. Od. ξ. v. 530. et Theocrit. Id. V. Barneſ. probat. Hinc, notante Musgravio, Satyris paſtorum munere fungentibus dominoque inſuper inhumano ſeruientibus idem veſtimenti genus tribuitur, cum alioqui hinnulorum ceruorum aut pantherarum pelles induti in ſcenam prodire ſolerent, teſtante Polluc. L. IV. ſect. 118. plura v. ap. Dionyſ. Halicarn. p. 459. T. I. ed. Hudſon. Inſeruiebat etiam χλαῖνα ad cubandum, cf. Bergler. Alciphron. Ep. p. 176. μέλεος, apud Heſych. et Cyrill. MS. Lex. ſcribitur cum αι, ſed haud dubie prius rectius, nam ſic etiam Suid. Photius in Lex. MS. apud Biel. et alii habent. Heſych. autem illud μέλεος interpretatur per μάταιος, ἄθλιος. Item Photius, qui addit: δυσχὴς, παλαίπορος. Suidas praeter haec etiam monet: ὁ ποιητὴς ἐπὶ τῇ ματαίᾳ ἐκδέχεται, οἱ δὲ τραγικοὶ ἐπὶ τῇ οἰκτρᾷ. Prioris exemplum eſt in Homer. Il. ψ. v. 795. poſterioris, in Euripid. Electr. 204, 876, 1183. Eſt autem h. v. Atticum. vid. Kuſter. ad Ariſtoph. Plut. v. 608. et Ruhnken. ad Tim. Lex. Platon. p. 198. *Da ſchleich ich nun mit dieſem elenden Bockfell umher.* —— Pellis caprina humeris circumpoſita ad Satyrorum ornatum pertinet, quam, praeter alias, cauſam affert Caſaubonus in Satyr. Poeſ. Lib. I. c. 6. p. 159. cur hoc Drama Satyricum ſit, vnde etiam Bacchus dicitur ἐννοφορεὺς a ἐὴν ouis ſ. ἐήνιος quiunt pelles, quibus et Bacchus ipſe et Bacchae indutae incedebant. Bene quidem Cel. Meineke ita legit pro ἐννοχορεὺς, quod eſt in violeto Eudociae, vnde locus ille, qui hymnum alphabeticum continet in Bacchum, deſcriptus eſt, in Excurſu ad verſ 1115. Sophocleae Antigonae editioni adiecto p. 107. Huc etiam pertinet Ouid. Metamorph. VI, 590. et omnino quae notauit Meineke ad l. l.

v. 81. σᾶς χορὸς φιλίας, i. fere q. Hipp. v. 847. dicitur, τῆς σῆς σεμνὸς φιλτάτης ὁμιλίας. Caeterum h. l. ὄθλον ſe vocat Satyrorum Chorus, qui antea ſe nominauerat πρόσπολον, vnde differre haec duo

Digitized by Google

duo vv. certe in h. l. existimauerim vt seruus et famulus. Nam πρόσπολος est ὁ πρὸς τὸν δεσπότην πολῶν, constat autem Silenum cum Satyris non tam seruos fuisse quam comites; vnde forte πρόσπολ. vertere licebit: accensum, (nam accenseri apud Ouid. Metam. Lib. XV, 546. est comitari). Queritur enim de misera conditione, in qua nunc, captus a Cyclope, versetur, mente reputans tempora felicia, quibus comes Bacchi fuerat. Brumöus l. l. ante v. 63. addit: *Je sens mon malheur, comme elles.* Idem vv. 69. ff. ita transtulit: *Vainement je chante ces airs pour notre Dieu favori. Vainement je soupire après nos fetes passées, et nos plaisirs évanouis. Ou es tu chere divinite? Je me figure en vain tes blonds cheveux épars et flottans augré des vents. Ton fidele ministre est devenu l'esclave d'un Cyclope. Quel esclavage!* Iam liberius vertit: *Cette peau de chévre dont je me vois revêtu me fait en vain soupirer après la liberté et ta compagnie, que j'ai perdue pour toujours.* Sic igitur poëta animum lectoris praeparavit. Nouimus, quomodo Silenus cum Satyris ad Cyclopis oras peruenerit, vidimus tristem sortem, quam perferre nunc cogebantur, et quale monstrum sit iste Cyclops iam perspicimus. Cum autem Silenus Satyrique loquantur, tristissimis querelis immixtus est iocus, qui tam vehementer lectorum animos afficit, vt miseram personarum conditionem vix animaducrtant. Huc refer iactationem Sileni, statim ab initio fabulae commemoratam, porro officia ac munera, quibus fungitur apud Cyclopem, carmen s. Idyllion a rusticis Satyris decantatum etc. Nunc Silenus procul videt hospites aduentantes.

v. 82. περιηρεφῆ, i. q. infr. 381. περιφοίτων.

v. 83. ἀθρόιζων autem h. l. praegnanter est positum pro συνάγων (per quod etiam illud vocabulum a Suid. et Cyrill. in MS. Brem. apud Biel. exponitur) καὶ εἰσάγων εἰς ἄντρα.

v. 84.

Digitized by Google

v. 84. χωρῶν h. l. i. q. ἀπίεναι, ἀπελθῶν. Hesych. αἰτάς, Verum, at vero, vid. Valkenar. ad Phoenn. v. 385. et 1637. Chorus Satyrorum ex iussu patris Sileni ad seruos dicit: χωρῶτε, atque nunc patrem alloquitur. σπουδὴν ἔχων, festinare, properare, vid. Wesseling. ad Herodot.

v. 85. σκάφος, Lat. scapha, ab ipso Cicerone discernitur a naui in Rhetor. Lib. II. §. 51. sub init. atque, vbi eadem fere iisdem verbis repetit, in Lib. Herenn. I, 11. sub fin. vnde apparet, scapham esse nauiculam, quae naui praesto esse debet salutis causa, cf. Bentlei. ad Horat. Od. III, 29. 62. πλοῖος autem dicebatur a σκάπτειν, quoniam ab initio singulis ex arboribus nauigia exigua cauabantur. vid. Scheffer. Dissert. de Varietate nauium, ab initio. Suid. σκάφη, τὰ κοιλώματα τῶν νηῶν, ἢ ἡμισυγάκεως (ἀντὶ τοῦ γαστέρας) καλοῦμεν. Hesych. vertit per πλοῖον, et Photius in Lex. MS. apud Biel. monet in voc. σκάφιον, σκάφος fuisse εἶδος πλοίου. Apud Aegyptios dicebatur βάρις, quod etiam apud Euripidem occurrit, (vid. Plur. Reuerendus Niemeyer. in Indic. editioni Euripid. Med. Hecub. et Iphig. Aul. adiecto et Barnes. ad Iph. Aul. v. 297.) et in Plutarch. cum σκάφος permutatur. cf. Cel. et Amicissimum Sturz in Dissertat. de Dialecto Alexandrina, ratione simul habita Versionis Librorum V. T. Graecae. Lipsi. 1786. 4. p. 42. §. 10. Lycophr. v. 747. Schol. πλοῖον. vid. Reichard. ad l. l. et Wesseling. ad Herodot. II, 96. Caeterum eodem modo, vt hic, in v. 698. et 465. νεὼς σκάφος, et in v. 361. ποδήμιδος σκάφος dicitur. v. Rhes. v. 392. Iph. Taur. 742. 1345. Troad. v. 539. et 681. vbi vid. Barnes.

v. 86. ἄναχτες κώπης, domini remorum, qui possident remos, eos dirigunt, manu tenent. Occurrit haec forma loquendi et alibi in Euripid. Telepho, et Aeschyl Pers. v. 378. vbi paulo post ἄναχτες ναῶν vocantur, ibi vid. Stanlei. Sed Aristoteles Lib. Rhetoric. III. c. 2. eam carpit vt nimis duram,

Digitized by Google

duram, quoniam *imperare* maius quid significet, quam vt *remo* conuenire possit. Verba eius haec sunt: Τὸ δὲ, ὡς ὁ Τήλεφος Εὐριπίδου φησὶ, κώπης ἀνάσσειν, καὶ ἀποβὰς εἰς Μυσίαν, ἁπλεπὲς, ὅτι μεῖζον τὸ ἀνάσσειν, ἢ κατ' ἀξίαν. Sed vere Rambachius ad Casaubon. de S. P. L. I. c. 6. not. monet, eadem ratione (quam reddit Aristoteles l. l.) vti aliquem posse, ad vituperandas illas Latinorum locutiones, *imperare vitibus, imperare agris fertilibus, imperare voci*, quae tamen apud auctores probos occurrant. cf. Musgrav. ad h. l. nostrum. Est autem fere, quod in Ion. I, 6. dicitur רב החבל (de quo plura diximus in Specimin. secundo Curar. Critic. et Exeget. ad l. l.) eademque ratione piscator, Iuuenali in Sat. est *cymbae linique magister*, et paedagogus Horatio (in Od. L. I, 36. 8.) *rex* pueritiae, quo expressit graec. παιδώναξ. (Sic enim per ω non per ι in Hesych. h. v. scribendum est cum Spanhem. ad Aristoph. Ran. v. 1291.) vid. Heins. et Celeb. Iani ad Horat. l. l. Idemque valet de *magistris* gregum, qui in Valer. Flacc. Argonaut. Lib. IV. v. 536. occurrunt, et de ποιμάνι Ῥοδίης τέχνης, pictore egregio in Anacr. Od. XXVIII. στρατηλάτης, alibi στρατηγὸς, Virgil. Aen. VI, 334. *ductor* l. ibid. I. v. 115. *magister classis*. Prius autem voc. ab Euripide Phoenn. 602. (quem locum laudat Sueton. in vit. August. c. 25. vbi tamen legitur στρατηγὸς, quem versum, vt obiter moneamus, excerptum putat Erasmus in Adag. e poeta quodam tetrametro catalectico, cui de suo addiderit Caesar στρατηγὸς) Iphig. Aul. v. 240. atque ab aliis saepe vsurpatur, v. c. Lycophr. vid. Cel. Reichard. in Ind. In Phoenn. v. 1231, cum ἀρίστοις et v. 980. cum ἀρχαῖς (primoribus populi) iungitur, vnde στρατηλατῶν in Heracl. 466. exercitum ducere.

v. 87. σύχνων, ἐλθεῖν, vt Hippolyt. 52. Phoenn. 703. mox est accedere, mox (vt Aeschyl. Prometh. 81.) abire. ὡς τ. ἄντρ. *auf die Höhle zukommen*, nondum enim antrum intrauerant. αὐχὴν, τραχήλου aut potius, Thoma Magistro teste,

Digitized by Google

teſte, τὸ ὄπισθεν τῦ τραχήλυ, minus enim recte de toto collo dici monet Drackenborch. ad Thom. M. l. l.

v. 88. βορὰ, cibus et pabulum, animalium (Phoenn. 1597. Sophocl. Antig. 29.) atque hominum, (Hippol. 952. 109. 112. vbi cum εἶτος permutatur, v. infr. v. 98. 122.) adhibetur aeque ac χορτάζεσθαι, quod tam de hominibus quam brutis vſurpari ex locis a Wolf. ad Matth. V, 7. p. 86. laudatis conſtat.

v. 89. κρωσσὺς δ' ὑδρηλὸς, i. q. ὑδρίας alibi vocant, vid. Suid. κρόσσος in Graec. Verſ. V. T. eſt fimbria veſtimenti, (vid. Heſych. et Suid. in v. κρόσσος,) et catena. Cyrill. MS. Brem. apud Biel. explicat κρωσσὺς per ἁλύσους, χαλάσματα (*funes*, non *fimbriae dependentes*, vt Biel. in Theſ. Philol. vertit.) Cf. etiam Cuper. Obſſ. L. I. c. 3. κρωσσὸς eſt vas quo aqua reſeruatur l. hauritur. vid. Lycophr. Ind. 4. et Euſtath. ad Homer. Od. ξ. p. 964. Plutarch. Alexand. c. 20. §. 109. vbi tamen ὑδρηλὸς non additur. Scholiaſt. Theocrit. Idyll. XIII, 46. monet κρωσσὸν per ω eſſe, ὑδροδόχον ἀγγεῖον, ſed per ο, ὦδος ἱματίε καὶ πύργε. An vero hoc diſcrimen vbique locorum obſeruetur, neſcio, vid. Albert. ad Heſych. p. 354. Caeterum in ed. Stiblin. pro noſtro κεχρημένως eſt κεχρημένοι, ſed lectio prior vnice vera eſt.

v. 90. τίνες ποτ' εἰσίν, *wer ſie wohl ſeyn mögen!* ἀν' ὅσας δεσπότην i. e. ἀν' ὅσας οἶός ἐστιν δεσπότης Π. i. e. ὡς ἡμὰς καὶ ἀνόσιος, alias enim ad hanc terram non appuliſſent. Haec conſtructio admodum eſt frequens, nec Atticis tantum propria ſed apud quosuis ſcriptores obuia, Verbis enim cogitandi et dicendi ſubſtantiuum adiungunt, quod ſequenti verbo adiungi debuiſſet, quod etiam obſeruauit Brunck. ad Ariſtoph. Concion. v. 1125. vbi haec leguntur: φράσατέ μοι τὸν δεσπότην, ὅπου ἐστίν, pro φράσατέ μοι ὅπου ὁ δεσπότης ἐστίν. Ibi Brunck. citauit

Digitized by Google

citauit Homer. Il. β. 409. v. 310. Odyſſ. α. 115. vid. Taylor. in Indice Attico ad Lyſiam.

v. 91. στέγη poteſt eſſe χώρα vt h. l. vel οἶκος, vel ἄντρον, ſic in Lycophr. v. 1280. Musgrauius legendum cenſet γύην pro noſtro στέγην (quod in Med. 479. et Heracl. v. 842. occurrit) monet enim ſeſe nondum inueniſſe, qui dixerit ἐμβαίνειν στέγην, ac, ſi graecum ſit, hic locum habere poſſe negat, nunc primum Vlyſſe cum ſociis in conſpectum prodeuntibus. ἄξενος, (pro quo alibi ἀνάνδρωπος, ἀνεπίμικτος, ἀκοινώνητος occurrit,) dicitur locus, vbi nemini hoſpitium praebetur, quo ſine periculo non venitur, reperitur etiam apud Aeſchylum aliquoties, et reſpondet Horatianae voci *inhoſpitalis*, *inhoſpitus*. cf. Cel. Iani ad Horat. Od. L. I, 16, 6. Abreſch. ad Heſych. in v. ἄξενος et Reiskii Indic. Theocrit. XIII, 75. ibi eſt: ἄξενος Φάσις, pro quo Schol. κακόξενος, quod etiam occurrit in Lycophr. v. 866. 1286. Legitur vero etiam h. v. de hominibus vſurpatum, v. Bahrd. Aduerſar. Lib. XXXIII, 2. et Albert. l. l.

v. 92. κυκλωπίαν γαῖαν — ἀφιγμένοι. Simili modo reperimus ὡς ἡδονὰς ἀνδροβρώτας ἀφ. in Euripid. Meleagr. fragmm. XVIII, 1. cf. Valkenar. in Diatrib. c. XIII, p. 142. ἀφικνεῖσθαι, quod h. l. eſt ingredi, aduenire, alibi non raro pro ἀπέρχεσθαι vſurpari conſtat, vid. Ind. Zeun. Xenoph. Hiſtor. Graec.

v. 93. ἀνδροβρώς i. q. ἀνδροφάγος l. ἀνδρωποφάγος, vid. Valkenar. ad Herodot. IV, 107.

v. 94. ἥσυχον γίνεσθαι, ſupra v. 82. σιγᾶν, i. q. ἡσυχίαν ἄγειν l. ἔχειν, de quibus egit Weſſeling. ad Herodot. pag. 515. 31.

v. 95. πάγος, falſo vertitur per Lat. *pagus*, a quo multum differre oſtendit Holſten. ad Stephan. in v. Ἄρειος πάγος, et Kuſter. ad Suid. in v. πάγος. Suidas habet haec: πάγοι, αἱ

Digitized by Google

αἱ ἔχουσαι τῶν ὀρῶν καὶ τῶν πέτρων, v. Oppian. Cyneget. III, 15. et Hal. I, 287. ibique Schol. nec non Reichard. in Ind. Lycophron. Gataker. ad Antonin. L. VII, 66. et LXX. qui sic vertunt hebraicum מצור Exod. XVI, 14. vbi Schol. Biel. per πάχνη explicat.

v. 96. φρέζειν, σημαίνειν, λέγειν, δεικνύειν. Hesych. νᾶμα ποτάμιον, aqua fluuialis, pro quo in Alcest. 157. ποτάμιον ὕδωρ· νᾶμα enim est latex, quaeuis materia liquida, aqua, v. Sophocl. Antigon. v. 1130.

v. 97. ἄκος δίψης λαβ. vt sitim pellamus, arceamus. ἄκος enim Hesych. interprete est φάρμακον (quod legitur in Aeschyl. Prometh. 249. atque illustratur ab Heath. Euripid. Bacch. 327.) θεραπεία, vnde ἄκος δυσλήτων πόνων in Andromach. 121. quod v. 271. cum φαρμάκῳ permutatur. ἄκος κακῶν in Alcest. 133. Schol. Homer. Il. α. — exponit h. v. per βοήθεια, ἴαμα, hinc simile nostro ἴαμα δίψης in Lib. Sapient. c. XI, 4. conf. omnino Hippolyt. v, 208. sq. qui similis est nostro loco. Caeterum in Stiblin. ed. pro φράσαιτ' (quod est in ed. Flor. Christian. atque etiam in Brodaei notis) legitur φράσετ'.

v. 98. ὁδέω, πωλέω, ἐφοδιάζω venundo, viatico instruo. Hesych. haud dubie ad locum nostrum respicit, hanc glossam afferens: ὁδῆσαι, πρίασθαι, ἀποδόσθαι, ὠνήσασθαι. Photius Lex. MS. ὁδῆσαι· τὸ ὠνήσασθαι. Εὐριπίδης Αλόπῃ καὶ Κύκλωπι. ναυτίλος, ναύτης Lycophron. 788. κεχρ. ic. βορᾶς, laborantibus cibo. χρᾶσθαι enim i. q. ἐνδεῆ εἶναι, χρήζειν, v. Hesych. adque eum Albert. item Hesiod. ἐ. κ. ἡ. 478. Sic supra adfuit v. 88. pro quo infra σπανίζειν σίτου, v. 133. vid. Miscell. Obss. (Belg.) Nov. p. 76. T. I. Hemsterhus. ad Callim. Dian. 69. Horreus Misc. Crit. I, 1. p. 10.

v. 99.

Digitized by Google

v. 99. τί χρῆμα, quid hoc rei est? — Scilicet nunc demum videt pedes Satyrorum atque Sileni, vnde exclamat — Hem — videmur ad regionem Baccho consecratam venisse — Silenus enim cum Satyris ad Bacchi comitatum pertinebat. Illud v. χρῆμα redundat, sufficiebat τί, sed etiam alibi sic vsurpatur, v. c. Hippol. v. 876, 905, 909. Hecub. 754. τί χρῆμα πάσχω. Musgrauius illud χρῆμα ad σατύρων refert, (hinc post χρῆμα interrogationis notam non habet) ita, vt verba βρομίῳ — ἐσβαλεῖν constituant parenthesin. *Vnde autem cateruam hanc Satyrorum circa antrum adspicio? Videmur Bacchi quandam terram intrasse.* Sed mihi saltem nimis longe remotum videtur χρῆμα a v. σατύρων, vnde malim priorem explicationem praeferre alteri. Caeterum πόλιν h. l. non proprie de *vrbe* sed *regione*, χώρᾳ, intelligendum esse, iam Musgrauius notauit, qui hanc in rem Strabon. p. 356. et Hesych. laudat, vid. eundem Musgrav. ad Heracl. v. 16. vbi eandem significat. h. v. subiicit. Sic contra tellus (γῆ) pro vrbe v. c. Ilia tellus pro Troia ponitur, vid. Cuper. Obss. II, 11. 221. ed. Schmid. Albert. Obss. ad Matth. II, 6. et Olearius ad Matth. p. 44. Pro nostro autem ἐοίκαμεν magis atticum est ἔοιγμεν, quod etiam in quibusdam libris vt ed. Ald. legitur. Occurrit etiam haec forma attica in Heraclid. v. 428. et 681. Scaliger legere vult: εἴγμεν. vid. Brunck. ad Comic. Nub. 185. ἐσβάλλειν, appellere, vt Bacch. v. 1043. Thucydid. 2, 47. ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβάλλειν.

v. 100. ὅμιλον, hoc ego ad σατύρων referre malo. ὅμιλος autem i. q. πλῆθος, ἄθροισμα, ὄχλος, vt infra v. 221. vocatur. Symmach. h. v. habet pro hebr. עדה Ps. I, 5. numerus, societas, collegium. In Homer. Il. γ, 22. de turma militum vsurpatur. ἰσορῷ autem vt centies apud Euripidem pro simplici ὁρῷ positum est.

v. 101. γεραίτατοι, ex ed. Ald. recipit Musgrav. qui monet recentiores errore typographico habere γεραίτερτοι,



Digitized by Google

quod haud dubie ex γεραίτερον ortum est. Sic enim dicitur aetate senior, v. Wesseling. Herodot. pag. 460. n. 93. cf. Bacch. v. 207, 175. προσωπῶν, ἐσπάσαμ, προσαγορεύων.

v. 102. φράσον, ἀντὶ τοῦ εἰπὲ vid. Thom. Mag. p. 901. cf. v. 96. Bacch. v. 1039. et Cel. Fischer. Prolus. de Vitiis Lexx. N. T. XXVIII. p. 5. ff.

v. 103. Ἴθακος ita dictus a patria Ithaca vrbe Insulae minoris in Ionio mari prope Dulichium, (vid. Ouid. Metamm. L. XIII, 711. Virg. Aen. III. v. 271. ff.) sub monte Neïo (Homer. Il. γ. v. 81.) quem eundem esse censet Eustathius (ad Homer. Od. IX, 21. v.) cum monte Nerito. Cephallenia autem distabat XV millia ab Ithaca, ac teste Plinio, eiusdem maris erat insula mediocris prope Zacynthum. Quidam, vt Ptolemaeus aliique, hanc vocem cum simplici, (quemadmodum Musgrav. habet in h. l. n.) alii iidemque plurimi, vt Strabo, Thucydides (Lib. II. p. 120.) duplici λ scribunt. De v. ἄναξ cf. quae supra ad v. 17. diximus.

v. 104. κρόταλον proprie est crepitaculum, tintinnabulum, sed metaph. dicitur homo loquax, qui multa quasi crepitat, i. e. inania verba profert. Tum vero h. v. etiam vsurpatur de homine fallaci atque callido, quia eiusmodi homo multa verba profert, atque volubilem linguam habet. Schol. in Aristophan. Nub. v. 447. explicat h. v. per: εὔστομος, εὔγλωττος, ὡς τὰ κρόταλα λάλος. vid. Eustath. ad Homer. Il. ψ, pag. 1337. Hesychius exponit per: περίτριμμα, κρότημα, hoc autem κρότημα (quo noster Vlyssem afficit in Rhes. v. 499.) idem Hesychius dici monet ἐπὶ δολίων, vt vocabulum κρακαλέον vel κρόκαλον, vtrumque enim vertit per τὸ παιπύργον παιδίον. cf. Valckenar. ad Theocrit. Adoniazus. v. 49. pag. 357. 358. Eadem fere ratio obtinet in v. λάλημα, quod i. c. λαλήτης. Sic enim Creon nuncupat custodem quendam, qui multa verba faciebat, in Sophocl. Antig. v. 320. atque in eius-

Digitized by Google

eiusdem Aiac. v. 381. et 389. ἄλημα vocatur. Res pro perſona et alibi ſaepe ponitur. Sic δούλευμα in eiusd. Antig. v. 756. pro δοῦλος, vbi vid. Cel. Brunck. conf. eundem ad Philoctet. 927. Simili modo Aiax Sophocleus Vlyſſem nominat κίναδος, quod proprie omnem feram, Suida teſte, inprimisque vulpem notat, deinde vero de homine aſtuto atque fraudulento dicitur. Ariſtoph. Nub. v. 259. iungit noſtrum κρόταλον cum κύρβις, quod eodem modo vſurpatur. vid. Stolberg. in Praelect. Sophocl. Aiac. Flagellif. v. 103. Schol. ad Theocrit. Id. V, 25. Virgilio in Aen. II. v. 90. *pellax* (qui quaſi in fraudem homines pellicit) Ouidio in Metamm. XIII, 712. *fallax*, et ibid. v. 92. *facundus* dicitur. Homerus eum nuncupat πολύμητιν (quod etiam in epitaphio nuper in membranis antiquis reperto legitur) et ποικιλομήτην, conferri etiam poteſt Odyſſ. I, v. 19. ἔνθ' Ὀδυσσεὺς Λαερτιάδης, ὃς πᾶσι δόλοισιν Ἀνθρώπ. ισί μέλων, κῆ μεν κλέος ἠρατὸν ἵκει. Ναιετάων δ' Ἰθάκην ενδάιελος κ. τ. λ. Caeterum hanc κροτάλου formam etiam Latinis poetis vſitatam eſſe probat locus Iuuenal. Satyr. VI, 441. qui mulieres loquaces cum tintinnabulis egregie comparat. *Tot pariter pelues tot tintinnabula dicas pulſari etc.* Inepte (vt recte monuit Caſaubonus de Satyr. Poeſ. Lib. I. c. 6. p. m. 166.) Grammatici Veteres, quos recentiores ſequuti ſunt, κρόταλον hic genere maſculino eſſe poſitum exiſtimarunt. Idemque non diſſimili ioco, etſi diverſa ſententia, famoſum Grammaticum Auguſto dictum eſſe *cymbalum iuuentutis*, monet, vbi vid. Rambach. in not. Preuoſtus in verſione ſic expreſſit: *Je connois Vl. et ſes beaux diſcours.* δριμὺς proprie de acri ſucco apud Theophraſt. Hiſtor. Plant. I, 19. vel omnino ſapore, (vt Xenoph. Cyrop. Lib. VI, 31. cf. Specimen Curar. — in LXX. Verſ. Ionae c. I, 5.) deinde de homine callido ac verſuto vſurpatur, atque idem eſt cum σφοδρὸς, ὀξὺς, (quod Heſych. explicat per δριμὺς, φρόνιμος) πάνυ ἔργος (ſic etiam φρόνιμος exponitur in Lex. MS. Brem. Cyr. apud Bielium l. l.) vid. Gataker. ad Antonin. de rebus ſuis L. V. §. 5. p. 142. et Caſaubon.



Digitized by Google

p. 402. Herodian. Lib. III. c. 11. §. 17. Meurſ. Exercitatt. Critic. II, 5. Salmaſ. Exercitatt. Plin. p. 936. Σισύφου γένος, pro quo Noſter in Iphig. Aul. v. 524. σπέρμα σισύφιον, pro filio (vt רע 2 Sam. 7, 12.) Siſyphi, quem latronem fuiſſe tradit antiquitas. Atque huius ex concubitu clandeſtino cum quadam Anticlea procreatus fertur, de quo cf. Schol. ad Sophocl. Aiac. 109. Vnde Ouid. Metamm. Lib. XIII, v. 31. ſ. *Quid ſanguine cretus Siſyphio, et fraude ſimillimus illi etc.* Philoctet. Sophocleus (v. 417.) ed. Brunck. eum vocat ἐμπολητὸν Σισύφῳ Λαερτίῳ (ſic enim Brunck. ibi legit pro Λαερτίᾳ, quem vid. ad l. l.).

v. 105. ἐκεῖνος ἔτος, alibi αὐτὸς ἐκεῖνος apud Homer. Od. ω, v. 320. et αὐτὸς ἐγὼ εἰμί. λοιδορεῖν alibi cum Datiuo vt Epictet. Enchirid. c. XXXIV. med. alibi cum Accuſativ. ibid. XXXI, 4. ed. Heyn. conuiciis *alterum* inceſſere, execrari, male dicta et conuicia *alteri* ingerere. Ita Luc. Act. c. XXIII, 4. vbi Synonymum eſt κακῶς ἐρεῖν. λοιδορεῖσθαι autem Medium, quod eſt mutuis maledictis et conuiciis ſe proſcindere, cum dativ. conſtrui monet Moſchopul. περὶ σχεδῶν pag. 179. Kuſter. de Verb. Med. p. 69. ed. Lugdun. vid. eundem ad Ariſtoph. Plut. v. 456. Eodem modo in Epictet. l. l. c. XXVIII, p. 58. Neque vero haec ſignificatio ſemper obtinet, nam interdum λοιδορεῖσθαι etiam eſt *alteri* maledicere *nec differt ab actiuo* λοιδορεῖν *praeterquam* (vt monuit Kuſter. l. l.) *conſtructione. Medium enim Datiuum, ſed Actiuum adſciſcit Accuſatiuum.* Hoc tamen non vbiuis probari, ex Epictet. c. 34. ſupra citato apparebit. Caeterum i. q. κακολογεῖν, ὑβρίζειν, (hoc enim non tantum de iniuria corpori illata, ſed etiam ea quae verbis fit, vſurpari docet Albert. ad Heſych. p. 1442.).

v. 106. πόθεν πάρει, i. q. παρεγένου, vt etiam Schol. Phoenn. v. 607. explicat. Simili modo Matth. XXVI, 50. ἑταῖρε, ἐφ᾽ ᾧ πάρει i. e. ἦλθες, vt Heſychius in gloſſa habet, quae huc forte

Digitized by Google

forte respicit. ναυσολεῖν, naui aliquid vehere, et proficisci vt Hippolyt. v. 36. vbi Schol. explicat per μεθιστάναι, vid. quae monuimus de h. v. ad v. 13.

v. 107. ἀπὸ πόνων, (pro quo ἐκ Τροίας eodem sensu in Hecub. vid. Steinbrychel. Obss. in Hottinger. Museo Turicensi) laboribus defuncti, post labores et aerumnas. Nam qui aliqua re, negotio, munere defunctus est, is Graecis dicitur ἄνευ ἀπὸ πράγματος, cf. Viger. Idiot. Graec. linguae p. 562. Vnde apud Liuium aliquoties *ab re bene gesta* vel Horat. II. Serm. 2, 10. *equo lassus ab indomito.* vid. Amicissimi Lösneri Philonian. Obss. ad Marc. VII, 4. Hinc ἀπογίνεσθαι, fato fungi apud Herodot. ad quem vid. Wesseling. p. 169. not. 14. cf. etiam Suid. in v. ἀπογίνεσθαι, qui e Thucydid. Lib. III. locum citat.

v. 108. πορθμός ἐστι στενὴ θάλασσα ὑπὸ γῆς περιεχομένη· Ἰθμὸς δὲ, στενὴ γῆ ὑπὸ θαλάσσης περιεχομένη. Schol. Homer. ο, v. 29. vid. Fischer. Prolus. in Palaephat. pag. 43. s. Hesychius: πορθμές — διαπέραμα. χθὼν πατρῴα, recte dicitur terra Vlyssis, quippe quae a patre ad filium peruenit. πατρῷα enim dicuntur Ammonio interprete τὰ ἐκ πατέρων εἰς υἱὸς χωρῆντα. De differentia h. v. a πάτριος et πατρικὸς cf. Suid. Thom. Mag. Moschopul. Etymol. M. et Pollux, eorumque interpretes et Luciani Soloecist. (p. 561) χθὼν, i. q. γῆ, cum quo permutari legimus in Homer. Odyss. ν, v. 352. adhibetur etiam pro oppido eiusque agro circumiacente Euripid. PhoenISS. v. 604. nec non ciuitate, cf. Cuper. Obseruatt. c. XI, 11.

v. 109. θύελλαι ἀνέμου, συστροφαὶ ἀνέμου, saepe apud Homerum (Odyss. δ, 515. et κ, v. 48.) dicuntur ἀναρπάζειν, ἀναξίπτειν, vel φέρειν Od. κ. v. 154. η, 134. τὸν δὲ δεῦρ' ἄνεμός τε φέρων καὶ κῦμα πέλασσε, vel apud Herodot. ἀπολαμβάνειν, cf. Wesseling. pag. 155. not. 11. θύελλα ab Hesychio exponitur



Digitized by Google

per ὁρμὴ, κατωγὶς et ἀνέμου συσροφὴ, sed ab Aristotele in Lib. de mundo c. IV. p. 1209. ed. Pacii, per πνεῦμα βίαιον καὶ ἄφνω προσαλλόμενον, vid. Kypk. ad Ioh. IV, 14. p. 363. Tom. I. Excell. Schütz. ad Aeschyl. T. I. p. 218. f. et Interpret. ad Hebr. XII, 18. Schol. ad Aristophan. Nub. p. 145. ed. Porti. et Suid. δεῦρο, Hesychio monente de loco dicitur. Sic autem Rhetores vbique, multos tamen etiam de tempore vsurpare, docent Glossae Bibl. Coislin. pag. 489. cf. Kuster. ad Aristophan. Ecclesiazus. v. 954. et Suid. qui loca ex Aeschin. Demosthen. aliisque affert.

v. 110. παπαὶ, h. l. admirantis, alibi vero irridentis est. ὁ δαίμων, h. l. fortuna, fatum. Ita apud nostrum in Phoenn. 1601. Alcest. 502. 914. 938. Troad. 101. Ion. 1269. Andromach. 98. Sophocl. Oedip. Col. v. 76. vbi Schol. vertit per τύχη. Mosch. Idyll. III. v. 73. (ed. Celeberr. Manso). Haec monui contra Bourdelotium quippe Interpretes Aristophanis in Plut. v. 7. vocem δαίμονα per τύχην vertentes, carpentem. Ille enim, hoc vocabulum nonnisi feminino, nunquam autem masculino genere *fortunam* notare existimat. Porro notandus est ille Graecismus, quo αὐτὸς pronomen cum verbo finito et datiuo personae construitur et similitudinem indicat. Ita saepe ταυτὸ τινὶ ποιῶν vel πάσχειν, (vt infr. v. 634.) idem facere, pati quod alter. Sic Aristoteles in Ethic. ad Nicomach. Lib. V. c. 1. init. monet, se in tractando capite de Iustitia eadem vsurum esse methodo qua huc vsque fuerit vsus, κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον τοῖς προειρημένοις. Admètus Alcestida apud nostrum sic alloquitur, quaecunque tandem sis, te forma Alcestidi simillimam esse scito ταυτ' ἔχουσ' Ἀλκήστιδι Μορφῆς μέτρ' ἴσθι. v. 1065. Ergo in nostro loco sensus erit: idem tibi, quod mihi olim, fatum contingit: *Du hast daſſelbe Schickſal das ich hatte.* Bene apud Francogallos exprimitur *tu as éprouvé le même ſort que moi.* De hoc graecismo, quo omnino αὐτός τινι similis alicui dicitur, quemque Latini etiam in suam linguam recepere, vid.

Zeun.

Digitized by Google

Zeun. ad Xenoph. Cyrop. Lib. III, 3. 35. et Viger. de Idiotism. G. L. p. 164. Drakenborch. ad Sil. Ital. Lib. XIV. v. 400. Amiciſſim. Findeiſen. in Indic. quem adiecit Iſocratis Panegyric. in v. αὐτός. Caeterum ille datiuus μοι vel σοι interdum quoque reticetur. ἐξαντλῶν petitum eſt a ſentina nauis quae multum ſolet efficere moleſtiae exhaurienda. vid. Gataker. ad Antonin. Lib. IV. §. 50. p. 137. vbi idem noſtrum locum, praeter alia multa ex Graeciae Latiique ſcriptoribus attulit. Hic locus, vt obiter moneamus, in Indice alias copioſiſſimo, ab auctore eſt omiſſus. vid. nos ſupra ad v. 10.

v. 111. πρὸς βίαν, paulo ante v. 109. βίᾳ, violenter, ergo *inuitus, coactus*, vt etiam vertit Brunck. V. S. in Ariſtophan. Acharn. 73. coacti potauimus, non vt Bergler. ibi expreſſit, *omni vi potauimus*. vid. D'oruill. Charit. pag. 554. et Cel. Brunck. ad Ariſtophan. Ran. 1457. et 844. Stanlei. ad Aeſchyl. Prometh. v. 208. 213. 353. alibi pro eo dicitur πρὸς τὸ κρεῖττον. Similis noſtro locus eſt in Heraclid. v. 47. Τῇδ' ἀπωθώμεσθα πρὸς βίαν χθονός, vbi Brodaeus πρὸς βίαν, μετὰ βίας. πρὸς enim cum variis ſubſtantiuis aduerbii vice fungitur, vid. Brunck. ad Sophocl. Electr. v. 921. ἀποστέλλειν eſt eiicere, expellere, vt Med. v. 281. vbi in v. 276. permutatur cum ἔξω βάλλειν. Sic in Phoenn. v. 1638. χθονὸς τινὰ ἀποστέλλειν, pro quo antea v. 1615. et paulo poſt 1624. eſt ἐκβάλλειν χθονὸς, ἔξω βάλλειν γῆς. Hinc ἀποστέλλεσθαι, vt in l. l. v. 323. eſt propelli, expelli. Nos dicimus: *an einen Ort verſchlagen werden*. conf. Helen. v. 666. πῶς δόμων — ἀπεστάλης. Ibid. v. 883. οὐδ' οἶδα νόστον οἵπαδ' etc. Quod Ciceroni (pro Ligar. c. XII.) eſt *abripi tempeſtate*. Quaedam de ἀποστέλλειν, ſi de naui dicitur, monuit Weſſeling. ad Herodot. III, 195. vid. etiam Albert. ad Heſych.



Digitized by Google

v. 112. λησὰς διώκων, Lege quae monuimus ſupra ad v. 11. ſ.

v. 113. ναίουσί νιν, οἰκοῦσιν αὐτὴν v. Schol. Homer. Od. ω, 57. Ibi Euſtath. legere vult: ἐν δόμοις ναίειν. ἔχειν et ναίειν tanquam Synonyma iunguntur Coluth. v. 344. τίνας χώρας ἔχεις, τίνας δ' οὔρεα ναίεις. Infra v. 117. eſt: τίνες ἔχουσι γ. et v. 124. occurrit: οἰκοῦσι. Hoc voc. ναίειν etiam in Iobi verſ. graeca vſurpatur, quam nemo neſcit ſummo cum ornatu poetico quoad verba etiam ſcriptam eſſe. vid. Eichhorn. Fautorem pie Venerandum in egregio opere: *Einleitung in das alte Teſt.* Tom. I. p. 324. ed. nouiſſ. Scilicet c. XXII, 12. eſt ὁ τὰ ὑψηλὰ ναίων pro hebraicis גבה שמים vbi cum Chald. ſupplendum eſt בּ. τὰς δ' ἡ. χ. ſi non eſt vrbs Bacchi (vt v. 99. exiſtimauerat), qualisnam tandem eſt regio?

v. 114. ὄχθος, γῆς ἀνάστημα (vid. Timaei Lex. Platon.) fere i. q. σκόπελος. vid. Fiſcher. V. C. ad Anacreont. XX. p. 52. et ibid. Tanaq. Fab. p. 275. Sed etiam Silio Ital. Lib. XIV. v. 67. Aetna dicitur *collis.* Eodemque teſte in eius vertice niues ſunt atque glacies, vel maxime feruente et ardente — vnde ὑπέρτατος h. l. i. e. μέγιστος, ὑψηλότατος, Heſych.

v. 115. τύχη καὶ πυργώματα πόλεως, Intell. vrbem eiusdem nominis in radice latereque montis auſtrali ſitam, olim, Strabone Lib. VI. p. 185. monente, Iniſſa dictam. πύργωμα i. q. πύργος, aedicula eminentior. Ita in Demoſthene ea aedium pars quam incolunt mulieres dicitur πύργος, palatium. vid. Erneſt. ad Sueton. Ner. 38. Interdum de vrbibus ipſis, ſiquidem vulgo turritis ſ. de ipſo caſtro ſ. arce (gr. τεῖχος) occurrit. cf. Spanhem. Hymn. in Dian. v. 33. Preuoſt. expreſſit per: *remparts elevées par ſes habitans.* Nam Heſych. τεῖχος

Digitized by Google

τεῖχος per περιμαχέων vertit, vnde etiam in ſeptuagintauirali verſione vſurpatur de eo cui confidimus vid. Biel. in Theſaur. Philol. h. v.

v. 116. πρῶτες, Schol. Viteberg. vertit per ἀκροώρεια. vid. Cel. Reichard. in Ind. In Homer. Hymn. Apoll. πρόωνες ἄκροι, ſummi montium vertices, πρήωνες apud Heſiodum et Lycophron. Caſſandr. v. 769. Interprett. explicant per: προνενευκότας τόπους ſ. ἐξοχὰς τῶν ὀρῶν. vid. Schol. Aeſchyl. p. 131. Homer. Il. ν, 282. Heſych. Suidas monet dici etiam πρεῶν, ὄνος. ἔρημοι ἀνθρώπων, non inhabitati ab iis. ἔρημος enim vocatur, Suida teſte, incolis deſtituta terra. Eodem ſenſu Homerus Odyſſ. I, v. 106. terram vocat Cyclopum ἀθεμίστων. Nam ἀθέμιστος eſt ὁ ὢν παρὰ τοὺς τῶν θεῶν δεσμοὺς (vid. Zeun. in Ind. Xenoph. Cyrop. I, 6, 6.) qui ſine lege viuit ſ. legem non curat, i. q. ἄνομος, vt Suid. vertit, vel ἀνόσιος. Ita et Schol. apud Barneſ. l. l. explicat adque v. 114, 115. prouocat. Verum Barneſ. ex Aloyſ. etiam hanc gloſſam affert: ἀθεμίστων, ἀκοινωνήτων, i. e. expertium ſocietatis hominum, nullam cum hominibus conſuetudinem habentium. Neque vero graecae linguae peritus ignorabit, θέμις etiam de eo vſurpari qui ſocietatem hominum fugiat, vid. Ariſtotel. Politic. L. II. et Barneſ. ad Euripid. Ion. v. 1093. θέμις autem ad Deos, δίκη ad homines reſpicit, vid. Moſchopul. Caeterum in Homer. l. l. bis paulo poſt occurrit, iis non eſſe ἀγορὰς θέμιστας (v. 112.) et quemque eorum θεμιστεύειν (v. 114.) vnde malo cum Barneſio intelligere homines ſolitarios.

v. 117. ἔχει ſupra ναίει, infra οἰκεῖν. Sophocl. Philoctet. v. 22. gloſſ. habet κατοικεῖν quemadmodum Latin. habere, v. c. Plaut. Bacchid. I, 2. v. Brunck. ad Sophocl. l. l. θηρῶν γένος, in ed. Florent. mea eſt μένος, hoc igitur eſſet *animalium robur vel furor*, i. e. rapaces ferae. μένος enim eſt δύναμις, ὁρμὴ, atque differt a θράσος, hoc enim de animo, illud de corpore, monente Suida dicitur. Forte haec lectio errori typogra-



Digitized by Google

phico originem debet, nam neque ex Florentis verſione, neque ex notis apparet, Florentem ſic legiſſe aut emendaſſe, neque Rambachius in nota verſioni Florentis ſubiecta neque alius quis interpres hanc lectionem vidit. Haeſitabam quidem antea, num bene commodeque dici poſſet ναίειν, ἔχειν, vel εἶναι in aliquo loco θηρῶν μένος, quod magis quadrare videtur lectioni γένος. Accedit quod θήρ de omni ferarum beſtiarumque rapacium genere vſurpetur, vt non opus ſit voc. μένος, quod eandem, modo fortius, ideam exprimit. Sed VIR quidam SVMMVS litteris mecum anno 1788. communicatis haec ad me ſcripſit: „Non ita eſt argutandum; enimuero μένος exquiſitius eſt, vtuntur Graeci hoc vocabulo cum „aliis nominibus aliquoties ad rem ipſam indicandam, vt „πυρὸς μένος, κυνὸς μένος, μένος οἴνου, *vis odora canum* Virgil. „Aen. IV, 132. *vis vini* Lucret. III. vid. Weſſeling. Obſſ. „II, 14.“ Addi poteſt Homer. Il. ε. v. 506. et Hoogeuen. ad Viger. pag. 153. et pag. 52. qui multis exemplis hanc loquendi formam illuſtrauit. Gratus quidem retractationem hanc VIRO SVMMO debeo, nolo tamen cum eo lectionem μένος in textum recipere. Caeterum alibi apud Euripidem eadem ratione h. v. nunquam legi. Reiskius pro noſtro γένος coniicit γέμει, i. e. *Scatetne feris*? Sed ipſe vulgatam lectionem non improbat.

v. 119. κλύειν, i. q. ἀκούειν, eodemque modo quo hoc, interdum eſt *obedire*. v. Suid. v. ἀκούειν. Sic Act. IV, 19. (pro quo ibid. V, 29. eſt πειθαρχεῖν et XXI, 14. πείθεσθαι) ac ſaepius in LXX virali verſione. vid. Musgrav. ad Euripid. Helen. v. 739. Gataker. de Stilo N. T. c. 14. Idem A. M. P. c. 17. Ita apud Ciceron. in Verr. IV, 12. Terent. Plaut. alios, *audire* pro *obedire*. δεδήμευται κράτος; An populare eſt imperium? Sic ipſe Cicero loquitur Philipp. XI, 7. Hinc democratia, vbi τὸ κράτος δεδήμευται, i. e. vbi imperium populo eſt commiſſum, pro quo rarius dicitur ἰσοκρατία. vid. Valckenar. ad Herodot. V, 92. p. 418. not. 63. κράτος, Heſych.

Digitized by Google

ſych. ἐξουσίαν, βασιλείαν, vid. Albert. Obſſ. p. 419. Alibi de modo et genere rempublicam adminiſtrandi vſurpatur voc. πολίτευμα, vel etiam, vt apud Ariſtotel. et Ariſtid. πολιτεία. Musgrauius haec verba ita tranſtulit: *An vero ſuprema poteſtas populo conceditur* vel *penes populum eſt*?

v. 120. ἀκ. ὐδὲν ὐδοὺς ὐδενός. De hoc polyptoto v. Barneſ. h. l. Simile eſt apud Perſ. Sat. III. Soph. Aiac. Flagellif. v. Stolb. Praef. p. 203. vbi comparat Pauli 2 Cor. X, 12. dictum. ἀκεῖαι, antea κλύαι, vt in Heſiod. ἐ. κ. ἡ. v. 294. vbi explicatur per antecedens πείθεσθαι. Liban. Epiſt. XXVIII. pag. 65. Xenoph. Cyrop. VIII, 6, 1. Expedit. Cyr. III, 5, 16. quemadmodum etiam in vernacula lingua adhiberi ſolet. Homerus in Od. I, v. 114. ſ. Θεμιστεύει δὲ ἕκαστος Παίδων ἠδ' ἀλόχων· ὐδ' ἀλλήλων ἀλέγουσι, et v. 112. τοῖσιν δ' ἂτ' ἀγορὰὶ βυληφόροι, ἅτε θέμιστες νομάδες, βάρβαροι, ἄγριοι. ſic enim forte legendum in Suida pro βαρβάρων et ſſ.

v. 121. σπείρουσι — hoc ad verba Δήμ. σάκχυν pertinet. Δημήτης, Vett. Grammatici: Δημήτης θεά; Γῆ δ' ἐστὶν Δημ. οἱονεὶ γῆ μήτης· καὶ ὁ ἄρτος Δημ. λέγεται μετωνυμικῶς. Euripid. in Hippolyt. v. 138. habet haec: Δάματρος ἀκτὰς δίμας ἀγνὸν ἔχων, Cereris fructu (cibis) corpus caſtum abſtinere, vbi Schol. περιφραστικῶς dictum eſſe monet pro; μὴ ἐσθίων τροφῆς τῆς γῆς. Hinc Heſiod. ἐ. κ. ἡ. v. 32. Δήμητρος ἀκτὴ, i. q. βίος v. 31. cf. etiam v. 464. et Aσπ. v. 290. In Herodot IV, 198. καρπὸς Δάματρος. σάκχυς, *ſpica*, vt in N. T. vel *ſeges*, vt in Verſ. Graec. V. T. Iud. XV, 5. Euripid. Bacch. v. 264. h. l. additur Δήμ. quia inuentrix eſt frugum. cf. Rittershuſ. ad Oppian. Halieut. III, 463. Etiam Latinis poëtis *Cererem* pro cibo, pane, frumento, ſegete dici res eſt notiſſima. vid. Ouid. Amor. Lib. III. Eleg. VI. v. 31. Virg. Aen. I. v. 177. Ergo h. l. erit agrosne colunt? *Bauen ſie das Feld?* vnde bene Pretioſtus vertit: *ils culeivent!* ἢ τῷ ζῶσι; pro: ἢ ἐκ

Digitized by Google

ἢ ἐκ τίνος καρπῦ vel πράγματος ζ. Similiter ἐκ τῦ pro ἐκ τίνος sc. πράγματος (vbi tamen eſt: *quare*) in Suppl. 131. vbi vid. Markland. *Von was leben — nähren ſie ſich ſonſt?* etiam Prevoſtus habet v. *nourrir.* ζῆν τινι, vel ἐπί τινος (Maxim. Tyr. Diſſ. 19. p. 193. ed. Heinſ.) vel ἔκ τινος ſ. ἀπό τινος (Ariſtotel. Polit. Lib. VI. c. 4. p. 524. ed. Pacii). De vſu h. v. in N. T. vid. Kypk. Obſſ. Tom. I. pag. 14. ſ. et 269. Tom. II. p. 214. vbi pro more etiam elegantioris graecitatis rationem habuit. Similis noſtro locus eſt in Demoſthen. orat. funebr. p. 153. ed. Wolf. Homer. Od. I, v. 108. οὔτε φυτεύσοι χερσὶ φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσιν, addit autem, omnia illa, triticum, hordeum, inſeminata prouenire ac inarata.

v. 123. Βρομίῳ πῶμα, infra v. 139. π. Διονύσῳ et paulo poſt εὐΐῳ, pro quo etiam alibi ſimpliciter reperimus Βρόμιος vel Βάκχιος v. 517. ad quem plura monuimus. Sic etiam Anacreon Od. XXI, 2. Ergo i. q. οἶνος. Eodem modo Tibull. I, 8, 41. atque alias Bacchus pro vino ponitur. ἔχουσιν ἀμπέλοι ξοαῖς, pro quo Homerus l. l. dicit: φέρουσιν — ἄμπελοι οἶνον ἐριτάφυλον, id vero Schol. ibi explicat per: γενόμενον ἐκ τελείου καρπῦ τῆς ταφυλῆς. ξοαὶ enim ſunt ῥεύματα, πηγαί. vid. Albert. ad Heſych. h. v. Musgrauius cum Tyrwhitto legendum cenſet ξοὰς, (vt etiam Reisk. habet, qui vertit: *laticem vineae*) pro noſtro ξοαῖς. Tum igitur in appoſitione ſtaret.

v. 124. ἄχαρις χθὼν dicitur, quae gratiam non refert, i. e. non profert fructus, niſi malueris a χάριτι, amoenitate, iucunditate deriuare, vtroque ſenſu eſt lat in. *infauuis.* Alibi dicitur etiam ἀχάριτος, vt Herodianus Grammaticus docet, ad quem vid. Pierſon. p. 44. vnde ἀχαριτῶν, quod ſecundum Timaei Lex. Plat. eſt μὴ χαρίζεσθαι, vnde et Suid. gloſſam habet, vid. Ruhnken. ad Tim. l. l. Caeterum de vv. ἄχαρις, moleſtus, acerbus, et ἀχάριτος vid. Valckenar. ad Herodot. VIII, 13. et I, 83. ſſ. MSS. E. G. apud Musgrauium habent ἄχορον,

Digitized by Google

ἄχορον, ſuperſcripto tamen ἄχαριν. Quid enim eſſet ἄχορος χθών? Apparet igitur ex his, ſi cum Homero contulerimus, Homerum plane contrarium illi, quae Euripides ore Sileni profert, aſſerere. Negat enim Silenus fertilitatem terrae, negat hanc proferre vini copiam, negat denique incolas veſci frumentis. Contra Homerus, inſeminata et inarata omnia prouenire iubet, hordeum, triticum, vitesque, vinum proferentes ex vuis magnis etc. Modo apud Noſtrum herbam in gratiam gregum ſponte terra profert, vt ipſe Cyclops infra v. 331. monet.

v. 125. φιλόξενοι δὲ χ' ὅσιοι περὶ ξένους (in Stiblin. ed. χ' ὅσιοι). In Homer. l. l. v. 176. explorabo an ſint φιλόξενοι, πρὸς θεῶν νόος ἐς ὶ θεουδής. Num ſancte ſeruant iura hoſpitii ſacra? Huic opponitur alias ἀστεβῶν περὶ ξένους, quod eſt in Xenoph. Cyrop. V, 2, 10.

v. 126. De v. φορεῖν, quod etiam Brunck. e Codd. in textum Sophocl. Oed. Reg. 1320. recepit pro φέρειν, quod alii cum Aldo habent, multa diſſerit Valckenar. in Diatrib. Hippolyt. v. 316. p. 198. B. *Dulciſſimas dicunt carnes hoſpites afferre.*

v. 127. βορᾷ ἀνθρωπ. pro βορᾷ ἀνθρώπων ὡς ἀπέκτεινεν, alibi apud Herodot. Lib. IV, 107. eſt ἀνθρωποφαγῶν, vbi vid. Valckenar. Similis noſtro locus eſt in Aeſchyl. Sept. adv. Theb. v. 246. vbi Mars dicitur βόσκεσθαι φόνῳ βροτῶν. Malo enim ita legere, quam φόβῳ, quoniam haec lectio mihi etiam ob verbum βόσκεσθαι probatur. Atque Euripid. in Iphig. Taur. v. 381. Diana Taurica ſ. Orthia ἥδεται θυσίαις βροτοκτόνοις, quem locum iam alia occaſione laudatum video in Sal. van Till. Iſagog. Commentario in Epiſt. ad Epheſ. praemiſſ. pag. 159. Nam χαίρειν, quod hic reperitur, eſt libenter veſci, anteceſſerat enim γλυκύτ. Eodem modo vſurpatur Latinorum *gaudere*, nempe non promiſcue, ſed cum notione laetandi.

Sic

Digitized by Google

Sic mihi videor explicare posse glossam Hesychii: ἥδομαι, τέρπομαι. Ita quoque infr. v. 367. recurrit. conf. Eustath. pag. 631, 18. ad Hom. Il. Paullo insolentius est in Euripide, v. χαίρειν cum accusatiuo iunctum legere, quod in Ion. 358. et Hippol. 1340. obseruauimus.

v. 128. μολών, ἐλθών Suid. Sic centies apud Homer. et Euripid. v. c. Med. v. 58. vid. Coluth. Rapt. Hel. v. 3. — Alias μολεῖν etiam est i. q. αὐτομολεῖν atque denotat: sua sponte ire, ergo synonym. cum eo quod infr. est v. 643. s. αὐτόμαστον εἰσχεῖν, dicitur autem de seruis vel transfugis e bello. v. Casaubon. ad Aristophan. Equitt. v. 21. et Schrader. ad Hesych. h. v. ὅστις non semper est *quicunque* sed etiam simpliciter, *qui*, vt Hippolyt. v. 1074. Alcest. 670. Androm. 593. Hecub. v. 115. οὐδὲν ὅστις ἐ — i. e. πᾶς ὅστις δεῦρο ἔμολε — κατεσφάγη. vid. Xenoph. Venat. Lib. V, 33. et Viger. Idiotism. Graec. pag. 26. ac Zeun. ad Xenoph. l. l. κατεσφάγη, quoad sensum etiam esse posset κατεφάγη. καταφαγεῖν i. q. κατεδῆσαι, nostrum *auffressen*. Nam κατὰ in compositione notare consumtionem nemo nescit ex Viger. pag. 619. κατασφάττειν i. q. σφάττειν simpliciter et dicitur vt θύειν pro interficere, iugulare. Sic legimus Helen. 942. Rhes. 810. Prevostus h. l. vertit: *promtement egorger.*

v. 130. ῥᾳδίως, (quasi πρόοδος, ὁ πρὸ ὁδοῦ γενόμενος, ἡγεμὼν οἰχόμενος, vid. Eustath. in Homer. fol. 487. lin. 2. et fol. 805. lin. 45.) ἀπεῖν sc. ἔξει s. ἀπῆλθε. vid. Hesych. Malo autem pro ἐληλυθὼς, quod ille habet, legere ἀπεληλυθὼς, vt etiam Suid. legit. Caeterum est idem quod alibi ἄφατος (Orest. v. 1496.) s. ἀφανὴς, vtrumque enim apud Atticos obuium est monente Sallier. ad Moerid. h. v. quem sequitur Thom. Mag. sed vtrumque refellere studet Abresch. Animaduersl. ad Aeschyl. p. 325. Litem hanc Pierson. l. l. ita dirimere vult, vt, Thomam M. atque Moeridem pro rariori Atticisque magis proprio voc. ῥᾳδίως, magis notum ἀφανὴς s. ἄφατος

τος posuisse, dicat, quem vid. et Oudendorp. ad Thom. M. l. l. pag. 211. nec non Cl. Facium ad Oreſt. v. 390. Saepius autem φρεῦδος ſenſu ſupra indicato recurrere conſtat. Sic v. ἐκ φρ. ἀπὸ δόμων (quod etiam h. l. ſuppleri poteſt) Andromach. v. 73. Alceſt. v. 94. φρεῦδος ἐξ οἴκων, vnde ibid. v. 823. de mortuo dicitur. cf. Bacch. v. 445. Ariſtophan. Nub. v. 716. Miſcell. Lipſ. IX. pag. 144. Antig. Sophocl. 15, 1245. Ariſtophan. Nub. 818. ἰχνεύων — κυσὶν, ἰχνεύειν, (Suid. ἐξιχνεῖν, ζητεῖν,) proprium eſt in re venatoria, vnde κύων ἰχνευτὴς (*Spürhund*) v. Ciceron. de Nat. Deor. II, 63. et ἰχνευτὴς ipſe venator, vnde Latin. veſtigiator, a veſtigiis ferarum, quas indagat, Varrone de L. L. IV, 18. teſte. Similis locus eſt in Hippolyt. v. 18. κυσὶν ταχείαις θῆρας ἐξαίρειν χθονός. Vno verbo κυνάγειν a Bion. Id. α, 60. exprimitur. Malim autem h. l. interpungere poſt v. φρεῦδος, ita vt verba πρὸς Α. pertineant ad ſeqq. ἰχν. κ. *Abiit, venatur ad Aetnam canibus feras.* Sic etiam Preuoſtus intellexiſſe videtur, vertit enim: *pourſuit — ſur l'Aetna.* Reiskius legit, πρὸς Αἴτνην. Retineo vulgatam, πρὸς enim cum tertio caſu eſt prope. cf. Viger. l. l. p. 642.

v. 131. οἴσθ' ἔστ' ἐ δρᾶσεις ſequente formula οὐκ οἶδα ſaepiſſime apud noſtrum occurrit. Vnde recte Valckenarius ad Hippolyt. v. 548. p. 229. Pierſonum laudat ibi coniicientem, legendum eſſe οἴσθ' ἔστ' ἐ δρᾶσεις pro verbis: πῶς ἔστι τὶ, neque praetermiſit hunc locum noſtrum in Cyclop. multaque de hac loquendi forma diſſeruit. Verum Musgrauius cum Cantero, et Mureto in Lect. Var. Lib. III. c. 12. (quem vide) pro noſtro δρᾶσεις ponendum cenſet δρᾶσον. Sane nec hoc alibi eſt inauditum, et plura de forma illa Attica docuit Barneſ. ad Euripid. Heracl. v. 452. Schol. ad Hecub. v. 225. qui locus Schol. claſſicus eſt de hac forma. vid. Iphigen. Aul. v. 725. et Kuſter. ad Ariſtophan. Equitt. v. 455. pro quo οἴσθ' ὡς ποίησον Sophocl. Oedip. Tyr. v. 543. vbi perperam Ald. et Codd. ποιήσων. De hac quoque Atti-

cis

Digitized by Google

cis vſitata formula vid. Ill. Brunck. ad l. l. et Ariſtophan. Au. v. 54. Koen. ad Gregor. de dial. pag. 8. Abreſch. ad Aeſchyl. Tom. I. pag. 520. ἀπαίρειν χθονὸς, cui alibi additur ἐκ, (vt Med. v. 938.) vel ἀπὸ, vt Demoſthen. πρὸς Ζηνόθεμ. pag. 513. ed. Aldin. Tom. II. vbi etiam plena phraſis legitur, adiicitur enim quod h. l. et alibi omiſſum eſt, v. πλεῖν. v. Ruhnken. ad Timaeum Lex. Plat, p. 111. et quem is laudat Hemſterhuſ. ad Lucian. Iud. Voc. Sic etiam Latini loqui amant. cf. Ciceron. Famil. Lib. XVI, 9. coll. Iul. Caeſ. de Bell. Gall. I, 28. Contrarium huic vocabulo eſt κατάιρειν, quod tam de terreſtri quam nauali itinere dicitur. vid. docte ac copioſe, pro more, de h. v. diſſerentem Beck. ad Ariſtophan. Au. v. 1288. ἀπαίρειν eſt vocabulum nauticum, ſoluere (ſc. nauem) terra, abire naui — *abſegeln, vom Lande ſtoſſen.* cf. etiam Barneſ. ad Euripid. Baech. v. 1293. Mente autem addendum eſt: vt *mox, cito* effugere liceat, vnde etiam Preuoſt. — *hâter départ.*

v. 132. δρᾶν, ποιεῖν, vt centies apud noſtrum, iam vero δρᾶν τινί τι aliquid facere in alicuius gratiam, *jemand etwas zu gefalle thun.* Ergo i. q. alibi χαρίζεσθαι, ὑπηρετεῖν (*jemand dienen*) in Xenoph. Cyrop. IV, 6. VI, 8. Terentius in Andriae initio: ſi tibi quid feci aut facio. Suppleri poteſt v. εὖ. vid. Marc. XI, 12. Lamb. Bos Ellipſ. pag. 308. 369. Fiſcher. ad Weller. Grammat. Gr. pag. 326. Ita Catull. p. m. 300. omnia ſunt ingrata, nihil *feciſſe benigne* eſt. Cuper. in Obſſ. Lib. I. c. 9. monet, Graecos eadem forma, contrario prorſus ſenſu vti, nimirum deteriori, laudatque Oreſt. v. 1166. (1164. ed. Barneſ.) et Med. v. 289. vbi Schol. explicat per κακοποιεῖν, atque Anacreont. Od. XII. Alibi illud ποιεῖν τινὶ τι etiam bono maloque ſenſu adhiberi ſolet, malo inprimis in Verſione graeca V. T. ibique exacte reſpondet hebraico עשה v. c. Pſ. LVI, 5. Symmach. in Pſ. X, 3. ſic vertit verbum פעל. Plura monui in Specim. Curar. in LXX. Verſ. Ion. tertio p. 5. πᾶν — *ich wollte dir gern alles zu gefalle*

Digitized by Google

*gefalle thun.* R. Daweſ. in Miſcell. Critt. pag. 247. graecum hoc eſſe negat, legitque adeo ξυνδρῶμεν. Sed vulgatam ſtabilire quoad Analogiam et Syntaxin Helen. v. 1316. recte monet Musgrav. h. l.

v. 133. σπανίζειν τινὸς πράγματος, i. q. alibi etiam apud noſtrum δεῖσθαι τινὸς πρ. vel χρῄζεσθαι ſupra v. 98. Vnde aliquoties apud Demoſthenem σπανίζειν τῶν ἀναγκαίων v. c. p. m. 834. ed. Aldin. Xenoph. Cyrop. III, 2, 18. Exped. II, 2, 12. Cyr. Lex. Mſ. Brem. σπανίζεται, λείπει, ὑστερεῖται. Euſtathio teſte (p. 726.) σῖτος eſſet frumentum ſed σῖτον in neutro genere panis. Sed dubito an σῖτον dixerint Graeci in nominatiuo ſingulari, quanquam σῖτα in plurali non ignoratur. Ipſe Homer. Od. π. v. 83. obſtat Euſtathio. σῖτα autem ſunt cibaria cuiuscunque generis, vid. Musgrav. ad Herc. fur. 383. ὄδησον, πώλησον, Heſych. qui forte reſpexit ad h. l. v. nos ad v. 98. vbi etiam pro noſtro σῖτος erat βορά.

v. 135. χετήριον, i. q. ἄκος v. 97. λιμὸς i. λιμῶν quod idem eſt, Euſtathio ad Homer. Od. — teſte, famem notat, ac bene diſcerni debet a voc. λοιμὸς (peſtis) λῆμος (animus) λειμῶν (v. 170.) et λιμὴν portus.

v. 136. ὀπία; ab ὀπὸς, ſuccus lacteus qui e planta, vbi conteritur, effluit, et interdum δάκρυον dicitur, vnde ὀπία coagulum et caſeus coagulo factus, caſeus qui coagulo coit. Suid. ὀπὸς, τὸ τῶν δένδρων δάκρυον, καὶ τὸ ἀποσάλαγμα τῆς γάλακτος. vid. Athen. Lib. XIV. c. 22. Εὐριπίδης ἐν Κύκλωπι ὀπίας καλεῖ τυρὸν τὸν δριμὺν, τὸν πηγνύμενον τῷ τῆς συκῆς ὀπῷ. Quod vero ibidem legitur Διὸς pro noſtro βοὸς, id nullum ſane ſenſum habet. v. Pierſon. ad Moerid. p. 290. Scaliger neſcit, an melius διὸς, non enim ſolo boum lacte abundabat Polyphemus.

v. 137. ἐμπόλημα, a v. ἐμπολᾶν quod Synonymum τῷ κερδαίνειν, nundinari. vid. Salmaſ. Obſſ. ad Ius Att. et Rom.



Digitized by Google

c. V. p. 158. Hinc ἀπεμπολᾶν vid. Pierſon. ad Moerid. pag. 156. et ἐμπολᾶσθαι, in Ariſtophan. Plut. v. 1156. pro quo alibi ἀγοραῖος et κερδῷος. vid. Harleſ. V. S. ad Ariſtophan. l. l. copioſe. Alias pro noſtro ἐμπόλημα etiam legitur ἐμπολή, quod Schol. in Ariſtophan. Acharn. v. 930. vertit per: κέρδος ἀπὸ τοῦ πράγματος et Schol. ad eiusd. Pac. 369. per: φορτίον, συναγωγὴν τοῦ κέρδους, ad quem locum reſpexiſſe videtur Suid. in gloſſa v. ἐμπολή, vid. Cl. Alberti ad Heſych. v. ἐμπόλημα (vbi et noſtrum locum laudauit) et Fiſcher. ad Moerid. p. 39. Scholion antea ineditum a Brunckio V. S. nobis exhibetur ad Sophocl. Aiac. 978. Tom. II. p. 468. ἐμπολᾶς, τὸ ἀπὸ πραγματείας κερδαίνω. ἐμπολή, ἡ λεγομένη πρᾶσις. ἀπὸ ταύτης τῆς ἐμπολῆς καὶ τὸ ἠμπόληκας νῦν (Sc. in l. Sophocl. l.) ἀντὶ τοῦ ἐκέρδανας κ. τ. λ. Barneſ. haec verba reddit: *lux contractibus conuenit*, atque reſpondere videtur noſtro: *Man muß den Kauf beim Licht beſehen* ſ. potius: *Wenn man kaufen will, muß man bei Tage kaufen*, vnde bene circumſcripſit Prevoſt. in verſ. *C'eſt à la clarté du jour qu'on achète ſans fraude et ſans péril.*

v. 141. καὶ μήν, Flor. Chr. δὴ μήν. Maro, vid. Barneſ. ad h. l. qui prouocat ad Marſil. Ficin. L. III, 13. adde quos laudat Musgr. ad h. l. et Plin. Hiſt. nat. L. XIV, 4. Homerus in Odyſſ. ι, v. 197. addit: fuiſſe filium Euanthei (filii Bacchi v. 252. γ, v. 71. Hymn. Apoll. v. 452.) ſacerdotem Apollinis qui incoluerit Ismarum, a quo accepiſſet XII. amphoras. Idemque Homerus monet dulcem a cratere ſpiraſſe odorem, licet impleto poculo XX. aquae menſuras immiscuiſſent. Deinde Maro, vt Graecis Μέρων, pro ipſo vino ponitur. vid. Scaliger ad Tibull. 4, 1, 57.

v. 142. Verbum ἐκτρέφειν valde frequentatum Euripidi pro ſimplici τρέφειν quod copioſe demonſtrat Valckenar. in Diatrib. c. XIV, p. 153. vbi nec locum noſtrum omiſit. Adde Iphig. Aul. v. 1451. Med. 1349. 1029. Ita etiam apud Ari-

Digitized by Google

Aristophan. in Nub. 532. 793. 519. 1210. οἷον τὸν υἱὸν ἐκτρέφειν, pro quo ibid. v. 1157. οἷος ἐμοὶ τρέφεται παῖς. Ran. v. 1480. v. Demosthen. p. m. 190. ed. Aldin. ibi est: ἐκτρέφειν ἐκ παιδαρίου μικροῦ. Sic etiam in N. T. v. c. Ephes. VI, 4. V, 29. Sed in nostro loco additur ἀγκάλαις quod est vel: *fustuli eum manibus* (atque tum esset i. q. Luc. II, 28. dicitur δέχεσθαι εἰς ἀγκάλας et Marc. IX, 36. ἐναγκαλίζεσθαι, et alibi λαμβάνειν ἐν ἀγκ.) vel: *Justentaui, alui — educaui. Ach doch nicht den, den ich als Kind auf meinem Arm trug — mit meiner Hand nährte?* — Vir quidam doctus a Musgrauio laudatus emendat ταῦδ' pro nostro πᾶδ', cui nonnihil fauere monet Musgrauius Mf. G. exhibens ταιδ'. Sed non opus est ista correctione, neque difficile dictu quomodo ex π in illo Mf. potuerit fieri τ et haud dubie etiam legit παιδ'.

v. 143. ὡς σαφέστ. μ. vt certius — accuratius cognoscas, vt in Bacch. v. 1280. μανθάνειν autem est etiam intelligere, audire (Suid. ἀκούειν). vid. Beck. V. S. ad Aristophan. Au. v. 1456, 1458. et 1604. vbi bis occurrit, nec non Ran. v. 1491. Eur. Phoen. v. 911. Ioseph. Antiq. IX, 10. 2.

v. 144. σέλμα, proprie dicitur sedes remigum, tabulatum, transtrum nauis, pro quo alibi ἑδώλιον, de quo vid. Wesseling. Herodot. I, 24. et Gronov. ad l. l. Schol. Viteberg. Lycophr. vertit per: σκάφη. vid. Antig. Sophocl. v. 717. Hesych. in h. v. etiam haec habet: σέλματα, αἱ καθέδραι τῶν ἐρετῶν καὶ συναμφοτεραὶ τῶν σανίδων. Suidas: σελμῶν (an scribendum σελμάτων?) σανίδων. Iam h. l. additur νεώς, quod alibi omitti solet, et ἀερισφρακτικῶς dictum est pro *nauibus* simpliciter. Eodemque modo reperitur in Coluth. Rapt. Hel. v. 315. Athenaeus Lib. V. p. 209.

v. 145. ἀσκός, pellis in vtris formam conformata, in qua condere (κεύθειν) solebant Veteres vinum, (Feith. Antiquit. Homer. III, 2. pag. 206.) vnde etiam in N. T. obuium est h. v. vt Matth. IX, 17. vbi vid. Interprett. Quod quidem



Digitized by Google

etiamnunc apud orientis populos fieri docet *Maundrell Voyage d'Alep à Jeruſalem* p. 48. Hinc ἀσκὸς οἴνῳ πεπληρωμένος in Graec. Verſ. I. Reg. 10, 3.

v. 146. ſq. ὅτος. — *Das iſt er alle? jeder macht das Maul nichts einmal naß.* καὶ δὶς τ. *Ach noch zweymal ſo viel als in den Schlauch geht hab' ich mitgebracht.* τόσον ſc. φέρω (v. 144).

v. 148. ſq. ἡδῦαν δ'. Ita Edd. recent. nec diſſentiunt MSS. E. G. Ed. Ald. ἡδῦαί γ'. Sic etiam Stiblin. et Flor. Chriſtian. γεύειν τινά τι, alicui aliquid guſtandum praebere, ſ. guſtum dare inprimis rei vendendae, vid. Valckenar. ad Herodot. VII, 46. Sic etiam occurrit in Graeca verſ. Geneſ. XXV, 30. vid. Biel. copioſe in Theſaur. Philol. v. γεύειν, vbi locus noſter poteſt addi. cf. Dreſig. de Verb. Med. I. 37. γεύειν guſtare facere, ſed γεύεσθαι, guſtare; hinc interdum, pro experiri, periculum facere, πειρᾶσθαι. vid. Schol. Hippolyt. v. 663. et Cel. Brunck. ad Sophocl. Antig. v. 1005. et Ariſtophan. Ran. 462. nec non Trachin. Sophocl. v. 1101. Vnde etiam Plaut. Moſtell. V, 1, 15. guſtare ſermonem. Florens: σὺ γεῦσαι, pro σε γεύσω: ſed quam iam refutauit Barneſius, eum obſeruatione quam dedimus de v. γεύειν facile poſſe refutari arbitramur. μέθυ, οἶνος vt Hom. Od. δ, 746. Il. η, 43. v. Suid. et Anth. L. III, c. 25. ἄκρατον, ἀμιγὲς, ἀσυγκέρασον. Heſych. v. Athen. p. 44. et 424.

v. 150. ſq. δίκαιον, h. l. i. q. εὖ, ἕξειν. *Ey freilich — das iſt ganz natürlich.* — Ergo i. q. alibi eſt ἄξιον. De hoc vſu h. v. plura docet Cel. Beck. ad Ariſtophan. Au. v. 1166. γεῦμα — καλεῖ ὠνὴν — Guſtus emtorem allicit — Venuſte iſta Vlyſſi a Sileno dici, ſentit Valckenar. ad Herod. p. 532. not. 77. vbi huius loci noſtri mentionem fecit. Guſtus inuitat — (προκαλεῖ) animum nobis iniicit vt emamus — γεῦμα enim i. q. γεῦσις. v. Heſych. vtrumque occurrit in Graec. verſ. Job. VI, 6. Numer. XI, 8. et ὠνὴ, ἀγορὰ, Suida teſte. Pro καλεῖ alibi etiam legitur προκαλεῖ, vnde χαῖλος προκαλούμενος φίλημα apud Anacreont. XXVIII, 25. ὀφέλλειν, i. q. alibi ὀφελκύειν vel

Digitized by Google

vel ἐφελκύεσθαι, vel ἑλκύειν ſimpliciter (vt Heſych. habet) vel σύρειν, quod etiam ἐκφέρειν eſt, expromere, afferre, vt etiam vertit Preuoſtus. ἡδὴ ποτῆς. Sed in edit. Flor. Chriſt. eſt: δὴ π. — —

v. 152. φέρ' ἐκπάταξον, *age excutias, elidas — Allons — raus — damit ich ſehe wie er ſchmeckt* — pro: vinum ex vtre effunde. Venuſte mea quidem ex opinione Euripides hoc vocabulum adhibuit. Silenus vix exſpectare poteſt, ſummaque cupiditate ardet, Vlyſſes autem eum allicit, cupiditatemque fruſtra excitat, vnde magis quadrare videtur voc. ἐκπάτ. quam ἐγκάναξον, quod tamen Pierſon. Valckenar. atque Musgrauius praeferre volunt, conferentes illud in Ariſtophan. Equitt. v. 105. Alciphron. Lib. III. Epiſt. 36. et Heſych. qui ἐγκάναξον vertit per ἔγχεε (Etymol. M. ἐγκανάξαι, τὸ ἐγχέαι μετὰ ψόφου· ὃ ἐστι πολύ, ὥστε ἠχεῖν). Musgrauius addit, ſe non ſpernere ἐκκάναξον, *effunde*, laudatque Polluc. Lib. X. Sect. 85. Reiskius ſeſe aliquando cogitaſſe monet, ἐκκάναξον, ſed nunc videri recte habere lectionem vulgatam, nam cum vi et impetu et ſtrepitu effundi, ἐκπατάσσεσθαι, excuti. Sic autem iisdemque de cauſis, iam Caſaubon. tuetur lectionem noſtram in Lib. de Satyr. Poëſ. p. 167. vertitque: *cum ſtrepitu percutere, et foras eiicere*, Obiter monere liceat, quod addi poteſt ſupra dictis, etiam Suidam habere hanc gloſſam: ἐγκάναξον, ἔνσεισον, προσένεγκε, ἔγχεον. πεποίηται δὲ ἡ λέξις — Ἀριστοφάνης (Equit. l. l.) ἐγκάναξον, ἕλκυσον, ἐκρόφησον, ἔκπιε. *Vir. Summus* haec monebat: ἐκπατάξαι Sileno, cui non male tribui loquendi imperitia poſſe videtur, concedendum. Alterum verbum aptius eſt. Caſaubonus inter iocoſa refert. Sic paulo poſt accipiendum καλὴ ὀσμή. — *Brodaeus*; φέρ' ἐκπάταξον, age percute me. Orta eſt haec otioſa Sileni facetia ab his, qui nutu aut oculis ſignum dant, aut ipſi imagine quadam rem quampiam in memoriam reuocare ſtudent. Homer. Odyſſ. μ. ὀφρῦσι νευστάζων. Legimus et memoriae gratia auriculam defricari ſolitam. — Caſaubonus in l. l. ad ſonum liquoris inclusi et in vtre bilbientis, vel ad ſtrepitum

 vini,

Digitized by Google

vini, per anguſtum amici vini canalem effluentis, alludi notat. Alio verbo idem expreſſit Vlyſſes verbo διακαιάσσων. Preuoſtus: *Allons, verſe a grand flots, afin qu'après avoir bu etc.*

v. 153. παπαιαῖ, non eſt dolentis vox, vt multa ſub h. v. Lexica monent, ſed potius admirantis, vt h. l. Alibi ſcribitur βαβαιαῖ, vt apud Ariſtophan. in Pac. vbi tamen eſt reiicientis et contemnentis. Infra v. 156. eſt βαβαὶ quam vocem θαυμαστικὴν nominant Suidas et Heſych. vid. Thom. M. et Drackenborch. et Witter. ad eum in v. βαβαί. Aeque Terentius et Plautus, ſurpant voc. *Papae.* ὀσμὴν καλὴν ἔχω, (vt ſupra σπυδὴν ἔχων) pro quo attico Homerus habet Ionic. ὀδμὴν ἡδεῖαν l. l. quod tamen non ſemel etiam Atticis adhibetur, vt ex locis e Luciano, Xenophont. et Theophraſt. laudatis a Sallier. ad Thom. M. in v. ὀδμὴ patet. Pro illo autem ὀσμ. ἔχω καλὴν vno vocabulo alibi occurrit εὐωδιάζω, de quo accurate et copioſe egit Biel. in Theſaur. Philol. h. v. vnde in Graeca verſione pro noſtro ὀσμὴ καλὴ reperitur ὀσμὴ εὐωδίας ריח הניחח Geneſ. VIII, 21. ex hebraismo ſatis noto. Eiusmodi vinum apud bene Graecos vocatur οἶνος ἀιθοσμίας, vt in Ariſtophan. Ran. v. 266. (non εὔοσμος, vt monuere Thom. M. p. 73. et Interprett. ad h. l.) vbi vid. Schol. (conf. etiam Brunck. V. S. ad l. l. v. 1150. qui Erotianum in expoſitione vocum Hippocratis allegauit locus eſt p. 284. ed. Lipſ.) Idemque ad Ariſtoph. Plut. 807. ἀιθοσμίας explicat: εὐώδης οἶνος· οἶνος εὔοσμος.

v. 154. γὰρ h. l. eſt interrogantis atque vertendum per: *num, igitur.* Ita etiam alibi occurrere pluribus exemplis demonſtrari poteſt, vnde Vigerum miror concedere hanc huius voculae ſignificationem nonniſi ea conditione, ſi reddatur cauſa, et pronomen interrogatiuum τίς addatur. Praeter h. l. noſtrum, afferre liceat Ariſtophan. Au. v. 74. 102. 1524. quae illam Vigeri opinionem non vbique veram eſſe oſtendere videntur. Sic etiam Cicer. in Orat. Philipp. vſurpat

pat voc. *enim*. αὐτὴν, sc. ὀσμὴν καλήν. Sed quomodo potest odor oculis conspici? quomodo dici καλὴ, formosa, speciosa — vt Musgravius vertit? Hinc Reisk. legit μορφὴν, ob illud εἶδες pro nostro ἐσμὴν. Sed nolo tam libere corrigere. Fortasse est iocus quo omnia hic plena sunt! Vir quidam Summus in litteris mecum a. 88. communicatis mihi proponebat, καλὴν ὀσμὴν recte tribui imperito Sileno. Hinc (eius sunt verba) corrigit Vlysses imperitiam sermonis in Sileno qui καλὴν dixerat pro ἡδεῖαν? (Nam καλὰ, formosa, tantum oculis iudicantur;), vel ἀγαθήν. Vnde mox: *Scilicet (γὰρ) vidisti odorem.* Senfit Florens Chr. qui vertit *venustus odos.* Addere liceat his a V. D. monitis e Theocrit. Id. I, v. 149. θῆσαι (pro θέασαι) φίλος, ὡς καλὸν ὕσδω, qui locus egregie hic afferri posse videtur. Neque vero nescio καλὸς interdum dici pro amatus, quod probauit Arnald. in Specim. Animadversion. Criticar. ad aliquot Graec. SS. Harling. 1728. p. 9. Omnino autem tenendum est hoc: Verba videndi, cum is sit sensus omnium nobilissimus, reliquorum sensuum perceptiones exprimunt. Sic adeo Aeschyl. S. Theb. v. 103. κτύπον δέδορκα pro audiui (ad quem locum vid. Cel. Schütz. in Commentario p. 223.) contra βλέπειν φωνὴν legitur in Apocalyps. I, 12. (vbi videndi sunt Interpretes, inprimis Krebsius atque Lösnerus meus in Obss.) Sic ὁρᾶν percipio in Sophocl. Oedip. Col. v. 138. Appositum est ad locum nostrum egregie illustrandum, quod Alexis Comicus apud Athenaeum p. 134. A. dicit: τοῦτο γὰρ νῦν ἐσί σοι Ἐν ταῖς Ἀθήναις ταῖς καλαῖς ἐπιχώριον· Ἅπαντες ὀρχοῦνται· εὐθὺς, ἢν οἷός μόνον Ὀσμὴν ἔφωσιν. Sic etiam ἰδεῖν pro αἰσθάνεσθαι in Aristophan. Ran. 815. vbi conf. Brunck. V. S. qui etiam monet verba sensuum duplicem adiscisse casum, secundum et quartum. Conferri potest etiam illud Petrinum ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθὰς — (1. Petr. III, 10.) vid. Schrader. ad Musaeum p. 5. ὃ μὰ Δία, ἀλλ' etc. μὰ Δία vel addito ὃ, vel sequente ἀλλὰ vsurpantur a Graecis vbi aliquid vel negatur vel corrigitur. Sed h. l. vtrumque adiectum reperimus. vid. Viger. l. l. p. m. 436. f.



Digitized by Google

atque Thom. Mag. p. 590. ὀσφραίνομαι, i. q. ὀσμᾶμαι vndè ὄσφρησις, i. q. ὀσμή. Alibi etiam occurrit ὄσφρομαι quod tamen, Thoma teſte, melius eſt quam noſtrum ὀσφραίνομαι, quanquam noluerim cum Moeride conſentire qui haec habet: ὄσφρομαι, ἀττικῶς, ὀσφραίνομαι, ἑλληνικῶς, nam praeter noſtrum locum etiam alia reperiuntur, e quibus, aliter ſe rem habere, patet, v. c. Plin. Hiſt. Plant. Lib. IV, c. 20. quem iam laudauit Sallier. ad Moerid. l. l. vbi nec noſter diligentiam eius effugit. vid. Dawes. Miſc. Crit. p. 327. ὀσφραίνομαι etiam in Graec. Verſ. Geneſ. VIII, 21. et ὀσφραίνω in Ariſtophan. Plut. v. 897. legitur.

v. 155. μὴ λόγῳ μόνον, ſubintel. ἀλλὰ καὶ ἔργῳ Sic Aeſchyl. Prom. v. 78. ἔργῳ καὶ οὐ λόγῳ, ipſo rei vſu, non commendatione verborum. παινῶν (pro ἐπαινῶν,) Scaliger legit πίνων, quod merito cum Barneſio improbat Musgrauius. Senſus, vt credo, facillimus eſt, quem Barneſius ita expreſſit: *Guſta, ne lingua tantum laudes, et voce; at etiam palato, et ex animo.*

v. 156. βαβαὶ, ſupra παπαιαῖ (v. 153.) alibi etiam occurrit βαβαιαῖ, hoc autem, vt monet Thomas ſupra laudatus, eſt ποιητικὸν, prius autem λογογραφικόν. Igitur potius h. l. ſcribendum erat βαβαιαῖ ſecundum illam animaduerſionem. παρακαλεῖν, ſupra v. 150. ſimplex καλεῖν. χορεῦσαι, i. q. ὀρχεῖσθαι, quanquam alibi differt, hoc enim proprie de quatis ſaltatione dicitur quae fit in numerum et cum aliqua arte, illud autem eſt: ſaltare in orbem, manibus connexis. Haec duo vocabula rurſus differunt a voc. σκιρτᾶν, quod notat; ſaltare ſine arte, more puerorum vitulorumque laſciuientium. Sed vt fit, promiſcue haec verba vſurpantur. Atque in h. l. exiſtimauerim verbum χορεῦσαι poſitum eſſe pro σκιρτᾶν, ſi ſtrictam verbi ſignificationem Sileno accommodatam vrgere volueris. Saepius tamen, quod addere dictis liceat, σκιρτᾶν de pecudibus adhibetur, quam hominibus.

Plura

Digitized by Google

Plura monuere Elsnerus et Alberti ad Luc. VI, 23. Kuster. ad Aristophan. Plut. v. 760. Segaar ad Luc. p. 48. et Biel. in Thesaur. h. v. Alibi actiue est choreis celebrare, interdum etiam incitare ad choreas celebrandas. De hac aliaque h. v. significatione egit Cel. Brunck. ad Sophocl. Antig. 1151. pag. 427. Tom. I. ὁ βάκχιος sc. Θεὸς de quo ad v. 9. plura notaui. Sic infr. v. 453. 517. Sed h. l. potest suppleri ποτὸς, vt infra v. 445. diserte additum reperimus. vid. etiam nos ad v. 519.

v. 157. λάρυγξ, ἡ τῶν σιτίων ὅδος, φάρυγξ autem ἡ τῆς φωνῆς διέξοδος, testibus Thoma, pag. 570. et Herodian. Grammat. p. 475. Suidas monet φάρυγγα apud vulgum vsurpari pro λάρυγγα, idemque addit, quum genere feminino vsurpetur, notare fauces, quae sint post linguae radicem, vbi vero in genere masculino recurrat, esse idem cum voc. λάρυγξ, quod dicatur de extrema asperae arteriae parte, quae tribus cartilaginibus contineatur. Plura Suidas in h. v. ex Philopon. in Aristot. Lib. II. de Anim. descripsit. His adde Etymolog. M. qui τῷ λάρυγγι et φάρυγγι alium adhuc colli porum adiicit, τετιαῶσι μυελὸν, i. e. δι' ὃ τὰ νεῦρα διαφύονται. Caeterum λάρυγξ etiam in Graec. Vers. Psalm. V, 10. legitur, vbi in hebraico textu est קֶבֶר, quod semel adhuc, quantum scio, obuium est in Ies. LVIII, 1. vbi tamen vertitur a LXX. Interpretibus per v. ἰσχὺς (vt etiam Arabs et Aethiop. versio habet) sensum non verba sequutis. vid. etiam Nunnes. et Hoeschel. ad Phrynich. p. 10. Bochart. Hierozoic. P. I. Lib. III. c. 4. p. 756. διεπάνακε (in Stiblin. ed. διεπάνεξε, quod etiam Aldin. habet) in Flor. Christ. et Mi. Steph. legitur aque Bernesio probatur, eluit, euerrit. καπάσσαν est *cum strepitu exturbare*, monente Reiskio. Hesych. habet διεπάνασσε, quod exponit per διέσυρε, διεσάλευσε. (Brodaeus διεπάλευσε) *Duportus*: διεκάλυξε, quod vt monstrum vocabuli et metro repugnans recte H. Stephanus reiicit. Neque etiam, si vllo aliquo modo exterqueri posset significatio, quem sensum hic

 reddat,

Digitized by Google

reddat, intelligo. Ego (monet Henric. Stephanus) διεκέναξε hic puto accipi *tranſitiue* vel pro: *Guttur tuum ſtrepere fecit, in gutture tuo ſtrepitum*, ſeu *murmur*, *excitauit*, (excitatur autem hic ſtrepitus in eorum potiſſimum gutture, qui auide et magnis, vt ita dicam, hauſtibus bibunt,) vel pro: *Perfudit tuum guttur*, ſeu *infuſum tuo gutturi illud proluit*. Prius aptius eſt, ſi ratio ſequentis verſus habetur. Preuoſtus bene: *as t'il aroſé ton gozier comme il faut?*

v. 158. ὡς' ὡς ἄκρου γε τῆς ὄνυχος ἀφίκετο, ſententia huius loci eſt: *non tantum guttur proluit meum, ſed totum me ad extremitates vsque corporis peruaſit*, reſpondere autem videtur ei quod v. c. in Apulei. Metamorphoſ. Lib. XI. p. m. 396. ed. Wovuer. eſt: *ex vnguiculis perpruriſcere*. Translatum hoc eſt a felibus, quae vngues ſtringunt ad ſenſum voluptatis. Brodaeus affert illud Ruffini (Anthol. L. VII. fol. 477.) ψαύω δ' ὡς ἄκρους τοῦς χείλεσιν· ἀλλ' ἐρύσασα Τὸ σῶμα, τὴν ψυχὴν ἐξ ὀνύχων ἀνάγω. Vnde fere prouerbialiter (vt Barneſius notat) de acuta quauis voluptate dicitur: ὀνύχων ἄχρι ἅπτεται. *Rogas, an egregie guttur meum perfuderit ille Bacchicus liquor? Imo vero totus ſuauitate eius perfuſus ſum* — a capite ad talos, vt videlicet ὄνυχας de pedum vnguibus intelligamus. Tale quid autem hodieque potores in ore habere ſolent, quum ex aliquo vini hauſtu miram quandam delectationem et velut nouum vigorem ad totum corpus permanaſſe, declarare volunt: *O qu'il me fait grand bien! Je le ſens depuis la teſté jusques au bout des pieds.* Tibullus participio *perfuſus* eſt itidem vſus in hac re Lib. I. Eleg. 2. *Neu quisquam multo perfuſum tempora Baccho Excitet infelix dum requieſcit amor.* E notis H. Stephani. ὄνυξ eſt vnguis hominum et animalium, deinde, quia vnguis extrema pars corporis eſt, dicitur etiam de vniuscuiusque rei extremitate (v. verſ. 400.). Recte Preuoſtus: *Je le ſens jusq'au bout des ongles.* Vides hic Silenum, qualis fere eſt, voluptatem ſummam inprimis e potu percipit totusque ſentit.

v. 159.

Digitized by Google

v. 159. πρὸς τῶδε, ita Flor. Chriſt. (Stiblin. ed. τόδε) praeterea ſaepius in plurali πρὸς τοῖσδε noſter adhibuit, vt Phoenn. v. 1356. vid. Amiciſſim. Findeiſen. in Indic. Iſocrat. Panegyr. adiecto. νόμισμα, i. q. χρῆμα alibi, et mox v. 160. χρυσίον in Xenoph. Cyrop. IV, 6, 12. pro quo ibid. c. 5. §. 40. erat χρυσίον ἐπίσημον. Id. Vect. IV, 9. de pecunia. Sic etiam in Sophocl. Antig. v. 296. Intelligenda autem pro illorum temporum (Troiani belli puta) more, pecunia non ſignata, ſed aes rude. Alias νόμισμα, i. q. ἔθος l. νόμος Symmach. Numeror. III, 47. Esdr. VIII, 35. Vnde Diogenes Cynicus, cui oraculum dicebat: παραχάραξον τὸ νόμισμα (ob duplicem ſignificationem) non monetam, ſed vulgi opinionem intelligebat. Suidas enim in gloſſa: γνῶθι σεαυτόν vertit: τῆς τῶν πολλῶν δόξης ὑπεροράσας, καὶ παραχάραττε μὴ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ τὸ νόμισμα. vid. Menag. ad Diog. Laert. Segm. XX. Leopard. Emendd. Lib. XVII, c. 15. Iulian. Orat. VII. p. 394. — Caeterum valde miror Vlyſſem Sileno velle etiam νόμισμα dare, quid enim νόμισμα Sileno in eo, quo nunc verſatur, ſtatu?

v. 160. χάλα τ. ἀσκ. μ. reddas tantum vinum quod in vtre habes. ἔα, i. q. ἄφες, v. Heſych. mitte haec — *laß das Geld nur ſtecken.*

v. 161. Vlyſſes Silenum et Satyros alloquitur — ἀκφέρετε τυρεύματα, a τυρέω (i. q. συμπήγνυμι, coagulo), τύρος, τυρεύω premo, quaſi preſſus in forma ſeu quaſilla, vid. Caſaub. ad Ar. Equit. v. 47. et quae v. 136. ſcripſimus, h. l. pro τυροί. Vnde recte iam Heathius atque Reiskius notarunt: τορεύματα deberi typothetis. τόκος, Artemidoro IV, 82. pag. 248. monente, καλοῦται παῖς ὁ γενόμενος παῖς, i. fere q. τόκος, de quo ſupra ad v. 48. plura monuimus.

v. 162. ὀλίγον φροντίσας — Similiter in Plutarch. Vit. Periclis eſt: βραχέα φροντὶς τινός, vt in Ariſtotel. etiam, parum cura-

Digitized by Google

curare aliquem, se alicui accommodare, quemadmodum opponitur ὑπὲρ τινος φρονῶν Philipp. IV, 10. Alibi pro nostro φροντίζων vsurpatur μεριμνῶν quod iam Hesych. et Moeris in h. v. docuit (vbi recte Piersonus verbum κήτιν. mutat in ἀντὶ τοῦ.), vel etiam ὀλίγον μοι μέλει τινός. Illud autem ὀλίγον est pro exquisitiori εἰς ὄλος, vid. Herodian. Grammat. pag. 450. ibique Pierson. qui egregie Schol. Lys. 895. corrigit. Caeterum illud φροντίζων etiam idem esse potest cum φοβεῖσθαι, vt in Plutarch. Pueror. educat. p. 22. vid. Krebs. de audiend. poet. p. 195. ed. antiq. (pag. 238. nov.) Omnino de h. v. eiusque constructione conf. Thomas Mag. et Wetsten. ad Phil. l. c.

v. 163. sq. κύλιξ, Hesych. κοτύλη, ποτήριον. vid. Hemsterhus. ad Polluc. X, 66. Schol. Aristoph. Plut. v. 436. βοσκήματα, Hesych. θρέμματα, etiam apud Demosthen. pro Coron. p. 124, 17. ed. Aldin. armenta et greges omnis generis animalium vocantur. vid. Biel. in Thes. Philol. h. v.

v. 165. ἔίψαι, sc. ἐμὲ h. l. pro Medio vt Bacch. v. 198. Heracl. 16. Electr. 435. Helen. v. 1341. Phoenn. v. 1152. λευκάδος π. pro λευκῆς vt etiam Brodaeus explanat. vid. Eustath. et Barnes. ad Homer. Od. ω, v. 11. ad quem locum haud dubie respexit Hesych. multa de h. v. differens. Fortasse in mente habuit Noster niuem, qui petrae cacumen alias album reddit, vnde desilire vult Silenus. Leucas est peninsulae et oppidi nomen apud Strabon. pag. 311. Mela et Plinius vrbem Leucadem, sed insulam s. peninsulam Leucadiam vocant, quod discrimen in Thucydid. Lib. III. p. 237. et Liuio, Lib. XXXIII, 17. reperitur, neque tamen Floro L. IV, c. 11. adhibetur. vid. Strabo in L. X. p. 311. Scalig. in Lect. Auson. II, 18. p. 138. (hodie dicitur S. Maura.) vid. Cellar. Notit. Orb. antiq. L. II. c. 13. p. 1107. De saltu e petra quae ibi est, amores finiri credebantur, vnde et Sappho desiliisse dicitur. De πέτρα λευκῆ albo saxo in mare prę-

mi-

Digitized by Google

minenti versus Cephallenjam, plura dixit Strabo l. et p. l. l. vid. Musgrav. ad hunc vers. , Alibi longe alio sensu ἵππευε ἑαυτὸν εἰς πέλαγος dicitur, de rei nauticae studiosis, vid. Ficher. V. C. in Ind. Axioch. Xenoph. Venat. IX, 20. ἅλμη salsedo, hinc quia mare salsum est, i. q. θάλασσα, quemadmodum alibi vocatur ἅλς de quo supra ad v. 16. diximus. Sic Virg. Aen. L. I. v. 35. *spumae salis*, quod cum nostro ἅλμη comparat Ill. Heyn. ad h. l.

v. 166. μεθύειν et μεθύσκειν mox inebriare, ebrium reddere vt Anacr. LII, 24. Luc. XII, 45. mox ebrium esse, vt aliquoties in Luciano. Ita μεθύειν in Act. II, 15. Hinc μεθύσκεσθαι, ebrium fieri vt Ephes. V, 17. Prov. XXIII, 36. καταβάλλειν, quod alias vim inuit (dicitur enim de lucta, v. Spanhem. ad Iulian. Orat. p. 262. Salmas. ad Achill. Tat. p. 657. Casauboniana a Wolf. edita p. 76.) interdum sensu leniori vsurpatur v. c. Xenoph. et Ebr. IV, 3. atque in nostro loco simpliciter est, vt Horat. dicit: *demere supercilio nubem.* Nam alibi est μεθιέναι ὀ. Iph. Aul. v. 648. συνάγειν ὀφρῦν in Aristophan. Plut. v. 756. vbi statim explicatur per σκυθρωπάζειν. vid. Bergler. ad Aristophan. Lysistrat. v. 7. Hemsterhus. ad Plut. l. l. alias etiam occurrunt haec: ἀνατείνειν, ὑπερέχειν, ἀναστῆν, ἐπαίρειν ὀφρῦς, sed de fastu et superbia insigni. v. Celeb. Heyn. ad Epictet. XXII. p. 64. vbi idem docet exemplis, ὀφρῦς etiam simpliciter de fastu et superbia dici. Caeterum Brumöus in Versione ingeniose haec ita expressit: *Je donnerois tous les trou l'eaux des Cyclopes et eux mêmes etc. Oui je mettrois mon bonheur dans une heureuse irresse à les précipiter tous et moin même après eux.* In nota haec sunt adiecta: *Je crois que c'est là le sens fin, quoique j'aie ajouté deux mots au texte.*

v. 167. sq. γέγηθεν, χαίρει, γελᾷ, ᾄδεται Hesych. — Suidas γέγηθε, χαίρει. Alibi etiam reperitur γήθω, γήθομαι, γηθέω. vid. Demosthen. p. 136. l. 7. ed. Ald. vid. Reisk. in

Digitized by Google

in Ind. ἵνα (vbi, de tempore) τυτὶ, ἀττικῶς, ἀντὶ τούτου. τὸ ἔρθὸν ἐξενεύσαμι, cogitabam de alio horum verborum ſenſu, nollem enim Euripidi meo, caſto philoſopho, iſta adſcribere, ſed cum Silenum loquentem introducat, venia eſt concedenda. Poëta enim non poteſt Sileno verba tribuere quae caſtitatem honeſtatemque ſapiunt, alias veritati nocuiſſet. Ad illuſtrandam vero formulam ὀρθὸν ἀνιςάναι conferri poteſt locus inſignis in Epigr. Anthol. a Reisk. edit. in Miſcellan. Lipſ. p. 133. Vol. IX. Ὀρθὸν ἔχει βύσσῳ τοῦτο περισκεπάσω. Anthol. ined. Νῦν ὀρθὸν ἀνέσηκας μονόμυον, ἡνίκα μηδὲν· ἡνίκα δ' ἦν ἐχθὲς μηδὲν ὅλον ἀνέπνευς. τερθὸν, pro τὸ ὀρθόν. Vnde emendari poſſe videtur gloſſa Heſychii qui haec habet: τούρθιον, τὸ ἄρθρον. Non quod negauerim ἄρθρον dici de genitali, verum quia ο et α nullo modo in ου contrahi poſſe conſtet. Martial. Epigramm. L. II. XLV, 1. *Quae tibi non ſtabat mentula.*

v. 169. δραγμὸς μαστῷ Barneſ. vertit: *contrectatio.* Recte. Sic Latini dicunt: *attrectare vxorem* in Plaut. Rud. 2, 4, 7. Ovid. Epiſt. 20, 8, 141. *contrectare ſinus.* Sueton. aliquoties h. v. de ſtupro vſurpat. v. c. Vit. Domitian. et Neron. c. 26. λειμὼν quod alibi pratum notat, ſenſu obſcoeno dicitur de pudendo muliebri. Thom. Mag. λειμὼν, τόπος διϋγρὸς, ἀνθηρὸν πόαν ἔχων. Heſych. λ. ἀνθηρὸς τόπος. Ita et Suid. et Lex. Cyrill. apud Biel. qui addit παρὰ δεισος. Alibi ſenſu foedo dicitur κῆπος, vt in Diog. Laert. vid. Monnoius ad Epigr. Brunck. Analect. III. fin. quem h. l. laudat Preuoſtus. Ipſe Heſych. vertit per τὸ ἐφήβαιον τῶν γυναικῶν, eodemque modo Latinis vocatur hortus, vt Priap. Carm. 4. Lucret. IV, 1104. — Virgil. Georg. III, 136. nominat *aruum genitale*, vbi vid. Cel. Heyn. Item Auguſtin. de ciuitat. Dei Lib. XIV, 23. *ſeminare aruum genitale.* Dicitur autem παρεσκευασμένη, i. e. pudenda lanata.

v. 170. ψαύειν, i. q. ψηλαφᾶν, σίγειν, θίγειν, θιγγάνειν vel ἅπτεσθαι (per quod Suidas exprimit, qui tamen, quanquam ipſe

Digitized by Google

ipse monet hanc significationem huic verbo esse, si cum genitiuo construatur, loca affert, in quibus dativus reperitur, quae constructio mihi saltem est prorsus ignota. In altero loco noui medelam huius loci corrigendi, sed quomodo in altero τῷ πυρὶ emendari possit, τῦ πυρὸς, id non facile intelligo. Igitur *adtrectare manibus*, h. l. senſu obscoeno, vt Sophocl. Trachin. v. 565. vbi Centaurus Nessus dicitur medio in mari Deianiram attrectasse manibus improbis, ψαύειν μαστείαις χερσίν. Eodem modo in Herodot. — est ἄρθρον τῆς ἴτεης ἐπιψαύειν. ὀρχησὺς, male in Ed. Stiblin. ὀρχυσὺς, quod fortasse ex alia inepta lectione ortum est, quae in Ed. Ald. et MSS. E. G. Musgrauii reperitur, ὀρχήσυος. ὀρχησὺς, i. q. ὄρχησις, saltus, saltatio.

v. 171. κακῶν τε λῆσις, λήθη (Sic Phauorin. et Suid. qui etiam locum Sophoclis a Barnesio h. l. citatum laudauit.) τελαιπωριῶν. Sed Scaliger vult λῆσις, minime, vt opinor, recte. Sapienter haec omisit Brumöus in versione, et Preuost. omnino reddidit: *lorsqu' échauffé de ces doux feux on se livre à l'amour, à la danse etc.* ἢτ' ἐγὼ κυνήσομαι, alia lectio κεκνήσομαι, Tyrwhitt. coniicit, ἐκ ὑπήσομαι, quam recipere Musgrauius non dubitauit confirmatam vtique nota in margine MS. G. adscripta: ὅτως ἦν ἐν τῷ παλαιῷ, ἐγὼ ὑκυνήσομαι. Reiskius coniicit: κοιμήσομαι τοιόνδε κῶμα, (κῶμα, κοίμημα, ὕπνος, ἔκλυσις. Schol. Apoll. Rhod. L. II, 205.) *dormiam somnum immane quantum.* Retineo vulgatam κυνήσομαι quam Ald. Ed. et MSS. habent. Brodaeus reddit: *fuquiabor, fugam.* Brumöus haec ita transfert: *Buvons donc; careſſons cet outre.* Florens Christian. *hunc exoſculans merum liquorem.* Ergo vis verbi sit: *teneo, amplector, mihi vindico*, quo modo etiam ἀσπάζομαι dicitur.

v. 172. sq. κλαίειν κελεύων ἀμαθίαν K. nihil curans. ἀμ. i. e. ἀμαθῆ, i. e. σκαιὸν, ἀπαίδευτον K. vid. infra v. 697. coll. v. 491. et 488. ἄκω' Ὀδ. Haec verba vulgo adhuc referri solent

ad

Digitized by Google

ad antecedentia, tanquam verba Sileni. Sed recte Preuoſtus Tyrwhittum et Musgrauium ſequutus, ea quae vulgo Sileno tribuuntur, Choro dat. Cogitandus enim eſt Silenus interea intraſſe antrum, et cibos mercesque quaeſiuiſſe, quas pro vino redderet, ita, vt demum verba infra v. 187. obuia rediens dicat: ἰδοὺ τάδ' ὑμῖν βορήματα et ſſ. Interea Chorus cum Vlyſſe colloquitur: Tyrwhittum ſagacitate ſua ſolita hic quoque vt alibi diſcuſſiſſe tenebras ipſe Brunck. profitetur ad Sophocl. Trachin. v. 402. Ibi enim recte verba, quae in omnibus libris atque etiam Scholiaſt. Deianirae adſcripta erant, Tyrwhittus laudatus nuntio tribuit, quem ſequitur Brunck. l. l.

v. 175. προσφέρεσθε πρὸς φίλον, *Amicum amice tractate: amico beneuolos vos offerte.* vid. Kuſter. de Verb. Med. et Dreſig. I, 118. φίλοι — πρὸς φίλον. Hic notandum eſt, vocem φίλος eleganter repeti, vbicunque de officiis amicorum ſermo fit, vt Antig. Sophocl. v. 99. Euripid. Supplic. 869. et alibi. Preuoſtus: *c'eſt à un ami que vous adreſſez.*

v. 176. λαμβάνειν h. l. duplici ſenſu de Troia et Helena capta dicitur. χείριος, i. q. alibi ὑποχείριος (vid. Suid. qui allegat locum e Sophocl. Aiac.) a χείρ, quod vt Hebraeor. יד etiam poteſtatem ſignificat (vid. Prouerb. VI, 5. Deuteron. XXXII, 36.) et aliquoties apud Callimach. Iov. 74. occurrit, vbi cum ἰσχύς permutatur. Ergo χείριος erit, qui eſt ſub poteſtate, ſubditus, captiuus, i. q. alias αἰχμάλωτος vt etiam Suid. vertit voc. ὑποχείριος et in Geneſ. XIV, 20. obvium eſt.

v. 179. διακροτῶν, (verbum pullatae plebis monente Caſaubono de P. S. p. 166.) vt ſimplex, eſt: *complodendo denſare*, compingere, ſed h. l. vertendum: *ſubagitare* ſenſu obſcoeno — *ſubagitare* enim eſt, *impudice attrectare*, fere idem

Digitized by Google

idem (nisi plus significet) quod supra v. 170. ψαύειν. Plaut. Merc. I, 2, 90. Terent. Heauton. 3, 3, 6. vnde *subagitatio*, vel *subigitatio* Plaut. Capt. Epilog. v. 2. et *subagitatrix* eiusmodi nefanda mulier quae Graecis τριβὰς vocatur, in Plaut. Pers. 2, 2, 45. Eodem modo in Aristophan. Concionat. adhibetur ὑποκρούειν, quod est pulsare, verberare, sed ef verbum est palaestrae venereae. Priori sensu quod mulier in l. l. 255. vsurpauerat, altero Praxagora accipit, respondet enim προσκινήσομαι. conf. Lysistrat. 227. et Brunck. Cel. ad vtrumque locum. Florens hoc διεκροτήσατε explanat per *διεκρούσατε*, *depsuistis*, putauerat olim legendum διεκορήσατε, sed frustra, vt ipse arbitratur. Modeste Preuostus: *vous lui offrîtes vos coeurs tour a tour.* Nam ἐν μέρει, est, vicissim. vid. Xenoph. Memor. 3, 9. Cel. Beck. ad Aristophan. Au. v. 1228. Wesseling. ad Herodot. p. 605. Euripid. Phoenn. v. 1442. Hoogeuen. ad Viger. l. l. p. 105. Alibi vsurpatur ἀπὸ, ἐκ, vel ἀνὰ μέρος vt 1. Cor. 14, 27.

v. 180. ᾤδεται, τέρπεται. Hesych. — *sie findet Gefallen an etc. liebt Veränderung — hälts gern mit vielen Mannspersonen.* Preuost. *elle aime changer des maris.* γαμμένη, nuptura, Iphig. Aul. v. 100. γαμᾶσθαι vero etiam inhoneste de stupro adhibetur, vid. Callim. Del. v. 240. Ergo mitiori vocabulo vsus est Noster.

v. 181. s. θύλακος, interdum notat vtrem scroteum s. coriaceum, in quo asseruari solebat farina. Aristophan. Plut. v. 763. ἄλφιτ' ἐκ ἔνεστιν ἐν τῷ θυλάκῳ. De alia significat. vid. Schol. ad Aristophan. Vesp. 1087. qui monet θυλάκους esse φασὶ παρὰ τοῖς σκύθαις, καὶ τοὺς μηροὺς περισκεπεῖς· εἰδη βρακίων παρὰ Πέρσαις. Hunc locum Schol. video iam a Barnesio citatum, qui adhuc monet: „θύλακοι rustico Sileno dicuntur crurium „tegumina διαμάτινα, quae apud Persas ἀναξυρίδες vocantur, „et erant variegata multicoloribus picturis, de quibus ad„eundus est Brisson. de Reg. Persic. principatu, et Esthera



Digitized by Google

„noſtra v. 781.“ adde Caſaubon. ad Theophraſt. Charact. c. 16, 2. et Fiſcher. in Ind. Theophraſt. Alberti ad Heſych. qui Barneſ. ad locum noſtrum citat, et Herodian. Grammat. p. 442. vbi conf. VV. DD. laudatos. De v. σκέλος vid. Zeun. Indic. ad Xenoph. Equeſtr. ποικίλος, h. l. pulcher.

v. 183. ſ. κλοιὸς, ſ. κλωὸς, vid. infr. v. 234. ἐκπτόωθαι, i. q. ἐκπλήττεσθαι, λίαν θαυμάζειν. Verbum Platoni eiusque imitatori Philoni admodum frequens. vid. Krebſ. aliosque ad 1. Petr. 3, 6. ἀνθρώπιον, homuncio, Xenoph. Cyrop. V, 13. h. l. non eo ſenſu vſitato, quo ita nuncupamus quem parui habemus, ſed potius, quem amamus, cui adulamur. vid. nos infra ad v. 265. ſ. Reſpondet fere noſtro: *das gute Menſchchen.* — Nam λῷσα, quod inſequenti verſu legitur, eſt i. q. βέλτιστα, vid. Suid. vnde miror Moſchopulum negare λῷστα ſignificare φίλον. vid. Thom. Mag. et Pierſon. ad eum, p. 300.

v. 185. ſ. Μηδαμῶ γένος ποτὲ φῦναι γυναικῶν ἄφελ'. — Haec ſententia etiam alias apud Noſtrum recurrit, fortius expreſſa inprimis in Hippolyt. v. 616. ſſ. Vnde etiam Noſter in ſuſpicionem incurrit apud multos viros doctos, tanquam fuerit μισογύνης. Cauſam aliquam huius rei, cuius certe teſtimonia multa paſſim reperiuntur, inuenies in *Sulzer. Allgemeine Theorie der ſchönen Künſte und Wiſſenſchaften. T. II.* in voc. *Euripides* et in Barneſ. Prolegg. Euripidis editioni praemiſſis. §. XIX. Omnino de hac re quaedam monuit *de Paw in Recherches philoſophiques ſur les Grecs.* Berolin. 1787. — Sed fines excedere videtur in affirmandis ſententiis, quemadmodum minus recte Athenienſium odium, quo homines vel etiam inprimis feminas perſequebantur, lymphationis ſpeciem fuiſſe ſcribit, atque contendit, vnguenta multa atque fucum, quo obduxerint feminae faciem formasque reddiderint faſtidioſas ac quotidianas, Graecis anſam praebuiſſe vnice atque inprimis ſtudio amoris, quo erga

Digitized by Google

ga masculum genus ferebantur. Egregie, pro more de his egit Cel. Meinerſ. *Abhandl. über die Männerliebe der Griechen in Vermiſcht. Philoſoph. Schrift.* P. I. n. 2. Plura diximus infra ad v. 580. Caeterum illud ἄφελε alibi cum Indicatiuo etiam iungi docet Viger. l. l. p. 268. γένος γυναικῶν ex pleonasmo Euripidi haud infrequenti, cuius exempla multa in hoc vnico dramate recurrunt. Eodem modo Aeſchyl. Sept. aduerſ. Theb. v. 258. ὦ Ζεῦ γυναικῶν οἷον ὤπασας γένος. Alibi χρῆμα legitur pro noſtro γένος, vt θηλειῶν χρῆμα in Phoenn. 206. Andromach. 181. Bacch. v. 35. θῆλυ σπέρμα, φῦναι, pro πεφυκέναι, conſtat autem ſaepe a Graecis Infinitivos Praeſentis pro Perfecti Infinitiuis poni, de qua re plura monuit Cel. Zeun. ad Viger. p. 208. adde Aeſchyl. Prometh. v. 749. ed. Schütz. V. S. Xenoph. Memorab. II, 3, 10. Ariſtophan. Au. v. 264, 1170. 57. — Sed lepide dictum, h. l. verba enim priora μηδαμῶ — longe alium ſenſum exſpectare iubent, qui tamen in fine — εἰ μή μοι μόνῳ in contrarium deſinit. Bene cum dicentium ingenio et charactere congruere videtur.

v. 187. ſ. ἰδὲ ſſ. Haec nunc Silenus rediens dicere cogitandus eſt. μηκὰς capra eſt, ſed h. l. de agnis dicitur. Ita Odyſſ. I, v. 124. βόσκει μηκάδας αἶγας, vbi Schol. μηκάδες, μηκωμένας, ἀπὸ τῆς φωνῆς. μήκη γὰρ λέγεται ἡ τῶν αἰγῶν φωνή. ἢ ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τὰ μήκη κίειν, ὅ ἐστι πορεύεσθαι. vid. Valckenar. ad Ammon. p. 228. et 230. Ruhnken. Epiſt. Crit. 2. c. 13. Vnde recte cum Heinſio in Heſychii gloſſa h. v. legendum pro κοιμώμεναι potius μηκώμεναι. Male in Stiblin. ed. μυκάδων. Quod ad Criſin huius loci attinet, Musgrauius pro noſtro β. ποιμένων cum Scaligero legendum cenſet ποιμνίων, laudatque Bacch. v. 677. vbi μόχων β. occurrunt. Caeterum iam Reiskius atque Musgrauius errore typographico in recentioribus edd. legi monuerunt, βοσκήματα, quippe ex antecedenti verſu repetitum, pro ἀγρῶν τροφαὶ, quod etiam in ed. Ald. legitur. τροφαὶ ſunt, Reiskio monente, animalia, quae

 lacte,

Digitized by Google

lacte, cura, alimento educantur, τὰ τεθράμμενα βόα. Ergo fere i. q. supra 161. μήλων τόκος — das junge Vieh. vid. Musgrav. ad h. l. Apparet autem bene haec verba ἰδὲ — quadrare Sileno redeunti atque pecus producenti, vide supra dicta.

v. 189. s. πηκτῆ γ. supra v. 136. ὀπλὰ — ὑ σπάνια, i. e. πολλά. τυρεύματα, τυροί, caſei vid. ad v. 161. et preſſi copia lactis Eclog. Virgil. 1, 82. quia ſerum e coagulo ſiue concreta lactis parte exprimitur et adiectis etiam pro ſoliditate acquirenda ponderibus, vt Palladius loquitur, eliquatur. Haec Heynius V. S. ad Virg. l. l. φέρεσθε, h. l. pro compoſito ἀφαιρεῖσθε, ſumite, auferte. χωρεῖθ' ὡς τάχιστα, i. q. ὡς τάχος in Med. v. 105. vbi paulo ante aliis verbis erat σπεύσατε θᾶσσον.

v. 191. πᾶμα ἐνίς ſupra v. 139. Διονύσου. ἐνίου, i. q. Διόνυσος, Bacchus. Vnde Horatius in Od. L. II, 11, 17. *Euius curas diſſipat edaces.* vid. quae ſupra diſputauimus ad v. 25. adde Cel. Fiſcher. ad Anacr. 18, 10.

v. 195. δικὸν τόδ' ἕρπεις, quod conſilium das, periculoſum ſ. cum periculo coniunctum eſt. v. Phoenn. v. 734. cf. Perizon. ad Aelian. V. H. init. (ed. Kühnii). ἀγκύλον, Heſych. δικτύων, βρόχων. Fortaſſe iſta gloſſa ad h. l. reſpicit. vid. Etymol. M. Nam ἄγκυς eſt i. q. δίκτυον κυνηγετικὸν vel θηρευτικόν. vid. Suid. niſi quod δίκτυον a priori ita differt, vt hoc de maioribus, verum prius de minoribus plagis vel reti piscatorio adhibeatur. Similis noſtro locus eſt in Electr. Euripid. v. 968. vbi eſt: καλῶς ἄγκυι εἰς μέσην πορεύεται. Prouerbium eſt, quemadmodum Latinis dicitur *in caſſes, retia, laqueos incidere*, vbi quis in ipſam perniciem, periculum aut malum aliquod ſe imprudens implicat. vid. Stublin. ad Electr. l. l.

v. 197.

Digitized by Google

v. 197. μεγάλα, pro μεγάλως, λίαν, ἄγαν. Saepe enim adiectiua neutrius generis, aduerbiorum vim habere quis neſcit? v. Cel. Filcher. ad Platon. Phaed. 35, 47, 59. 11. et Hoogeuen. ad Viger. pag. 113. Sic μέγα σθένειν occurrit in Med. y. 291. πύργοι σθένειν dicuntur et πέδον Thebanum in Aeſchyl. Sept. adv. Theb. v. 904. et ibid. v. 249. σθένοι, Ed. Ald. et MSS. Musgrauii σθένει. Prius praefero, quemadmodum Valckenarius in Euripid. Hippolyt. v. 474. fecit, ad quem locum plura docuit Brunckius Vir ſummus. ἄπτε τ' in Ed. Stiblin. Sed in Flor. Chriſt. ἔπτατ' pro ἔπτατα, (*rum ſane*) vt Heath. etiam legit. Battierius (in Academia Baſil. olim Profeſſor) cuius obſeruationes quasdam in Cyclopem, gratus debeo Cel. Rambachio, hic ſcribit: — ἐπεί γ' ἂν μεγάλα γ' ἦ τρόπα σθένοι. *Non ſane*: (ſcil. fuga me ſubducam) *ſiquidem magnam Troia potentiam haberet, valde adhuc potens Troia eſſet, nec eſſet deleta; ſi vnum virum fugerem.* Duportus legit: τἀ μεγάλ' ἄν, quod minus probo cum Barneſio.

v. 198. μυρίον, Adiectiuum μυρίος etiam in ſingulari ſic obuium eſt, v. c. Phoenn. v. 1480. αἷμα μυρίον pro πλεῖστον. Heſychius: μυρίον, πολὺ τῷ πλήθει. Valckenarius ad Phoenn. l. l. monet, (p. 498.) μυρίον proprie de fluidis dici, ibique hunc locum noſtrum pluribus exemplis illuſtrat. vid. etiam D'oruill. Charit. pag. 251. ed. Lipſ. et quae ſupra ad initium huius fabulae diximus. In ſingulari numero etiam apud Platon. Apolog. 9. occurrit, ἐν μυρίᾳ πενίᾳ εἶμι. vid. Kypk. in Obſſ. SS. T. II. ad 1. Cor. 4, 15. p. 197. Schol. Homer. Il. α. init. vt Heſych. μυρία vertit per πολλά.

v. 199. ὑφιστάναι, Heſych. ὑπομένειν. Cyr. Lex. MS. Brem. per idem v. et ὑποφέρειν explanat, i. e. reſiſtere, ſuſtinere, vt Phoenn. v. 1479. — Sic Iul. Caeſ. de B. Gall. I, 24. impetum hoſtium *ſuſtinere*. cf. Oudendorp. ad eiusdem B. Gall. II, 25. — Suid. et Schol. ad Homer. Il. ι, 50. verbum ὑπέχειν explicat per noſtrum ὑφιστάναι. Reſpondet noſtro:



Digitized by Google

*aushalten, mit jemanden es aufnehmen.* — Philostrat. Iun. p. m. 485. Ald. ἐπισίως ὑφίσατου τὸν ἆθλον. Schol. Theocrit. Id. 3. τὸν κίνδυνον ὑπέξη.

v. 200. Sequitur nunc praeclara et egregia sententia, quae militum ducem fortem atque generosum decet. καθαπαξ εὐγενῶς, i. q. ἀποθνήσκειν i. vid. Hesych. — Respondet nostro: *rühmlich, im Bette der Ehre sterben.* Pro illo εὐγενῶς alibi est καλῶς, vt in Hecub. v. 329. vbi Schol. vertit per ἐνδόξως, atque ἀτίμως opponitur in Med. v. 1208. pro quo etiam legitur κακῶς θανεῖν. Vnde apud Romanos SS. v. c. Livium Lib. XXII, c. 50. maluit *bene* mori quam *turpiter viverè.*

v. 201. Sic Helen. v. 954. ff. Menelaus in scenam prodit. Τὴν Τροίαν γὰρ ἦλθ', δουλοὶ γενόμενοι, πλεῖστον αἰσχύνομεν ἀεὶ. ff. αἶνον τὸν πάρος, pro αἶνον ὃν ἔμπροσθεν f. πρότερον ἔσχομεν. πάρος enim Suida teste de tempore et loco dicitur. Saepe autem aduerbia loco adiectiuorum ponuntur, vel addito articulo praepositiuo vel omisso. v. Viger. p. 366. in not. αἶνος i. q. δόξα f. ἔπαινος, Veteres Grammatici deriuant h. v. ἀπὸ τῶ ἰκέσθαι, τῶτ' ἐστὶ τέρπεσθαι ἢ εὐφραίνεσθαι. Caeterum distinguendum est ab αἰνὸς, quod adiectiuum notat i. q. χαλεπὸς, δεινός. εὖ φώσωμεν, Reisk. ἐκσώσωμεν. Haec sententia etiam alibi apud nostrum legitur, Rhes. v. 758. θανεῖν γὰρ εὐκλεῶς μὲν, εἰ θανεῖν χρεὼν, λυπρὸν μὲν οἶμαι τῷ θανόντι· τοῖς ζῶσι δ' ὄγκος, καὶ δόμων εὐδοξία. Sophocl. Ai. flagellif. v. 476. ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι τὸν εὐγενῆ χρή. quem locum video allegatum a Suida in v. εὐγενής. Similiter in Isocrat. Panegyr. c. 1. p. m. 3. ed. Findeis. εὐκλεῶς ἀποθνήσκειν αἱρεῖσθαι ἀντὶ τοῦ ζῆν, atque in Maccabaeor. L. II. c. 14, v. 42. vbi de Razia αὐτόχειρι est sermo, εὐγενῶς θέλων ἀποθανεῖν ἤπερ τοῖς ἀλιτηρίοις ὑποχείριος γενέσθαι, καὶ τῆς ἰδίας εὐγενείας ἀναξίως ὑβριοθῆναι κ. τ. λ. vid. Grot. ad h. l. ex quo, vt obiter tangamus, Chemnitius in Exam. Concil. Trident. T. III. p. m. 145. demonstrare vult, affectatio-

Digitized by Google

ſtationem Hellenismi inter Iudaeos tempore Maccabaeorum fuiſſe receptam. Contrariam ſententiam apud Noſtrum reperies in Iphig. Aul. v. 1252. κακῶς ζῆν κρεῖσσον ἢ θανεῖν καλῶς. Cauſam vero ſententiae prioris inuenies additam in Troad. v. 632. τὸ ζῆν λυπρᾶς κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν, αἰλγῶ γὰς οὐδὲν τῶν κακῶν ἠδημένος. Aeſchyl. Prometh. — κρεῖσσον γάς ἐστιν ὑσάπαξ θανεῖν, ἢ τὰς πάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς. Seruitus enim turpiſſima apud Veteres habebatur, exiſtimabant autem, homines, qui digniori ratione mortem obirent, feliciores fore aliis, qui turpiter vitam finirent. Caeterum adhuc conferri meretur Helen. v. 814. (vbi multa cum noſtris conformia reperies) Menelaus dicit: ἄναιδ' ἄρ' εἶπας, Ἰλίᾳ τ' ἐκ ἄξια, Nimirum fugere, indignum eſt rebus geſtis meis et bello Troiano peracto. Idem l. l. dicit: (v. 851.) τὸ Τρωϊκὸν ἀ καταισχύνῳ κλέος, κ. τ. λ. Adde locum ex eodem dramate, vbi Helena quaerit, 847. πῶς ἂν θανοίμεθ', ὥστε κχὴ δόξαν λαβεῖν. Tum Menelaus poſt alia multa reſpondet: v. 857. Non reuertar in Graeciam nec probra in me accipiam etc. Εἰ γάς εἰσιν οἱ θεοὶ σοφοὶ, Εὔψυχον ἄνδρα, πολεμίων θανόντ' ὑπο, Κάφῃ καταμπίσχουσιν ἐν τύμβῳ χθονὶ, Κακοὺς δ' ἐφ ἕρμα σερεὸν ἐκβάλλουσι γῆς, (ſ. κακοῖς. — ἐμβάλλουσι, vt Barnef. vult Scaligerum ſequutus) vid. Kirchmann. de funerib. Romanor. L. III. c. 9. Plura de hac re vid. in Cuper. Obſſ. L. I. c. 8. vbi etiam Quintilian. Declamat. c. 12. laudat.

v. 202. ἄνεχε poſſet verti: *recipe, tolle* (diuerſo enim modo praepoſitio ἀνὰ in compoſitione explicari poſſe oſtendit Viger. l. l. p. 556.) παρέχειν, διδόναι, χορηγεῖν, Heſych. — *Redde vinum.* Sed poteſt etiam illud ἄνεχε ad impetum, auſteritatem Cyclopis referri, ac πάρεχε; erit, *praebe te conſtantem et imperterritum.* Sed nunc quaſi reuocans ait: *fugere praeſtat, qualisnam iſta tarditas? quanta ſocordia!* Nam ἐάθυμία i. q. ἀμέλεια. Thom. Mag. p. 771. ἐάθυμος ἄνθρωπος, ὁ ἀμελὴς κχὶ ῥαθυρός, vbi Drackenborch. laudat Iſocrat. ad Demon. p. 49. et 60. Sic in Med. 228. Iphig. Aul.



Digitized by Google

682. Alias etiam notat otium, animi remissionem, voluptatem. v. Isocrat. Panegyr. c. 8. fin. Vlpian. in Demosthen. p. 16. Suid. in v. ἐαθυμῶν, item de lusu (παιδιᾷ) adhibetur, quemadmodum interpretatur Musgrauius qui h. significat. exemplis illustrauit. Hunc locum nostrum citatum reperire licet in Kusteri ad Aristophan. Au. v. 1717. notis, vbi in textu haec leguntur: ἄιαγε, δίεχε, διαγε, πάρεγε, πάρεχε, ibique Kusterus Aristophanem putat ridiculi gratia haec dixisse, et ad Euripidem, in Troad. v. 308. vel simili huic nostro loco, allusisse, quod tamen manifestius fecisse videtur in Vesp. v. 1318. vbi vid. Bergler. Reiskius notat haec: „Videtur vetus Silenus iuuenem Satyrum per simulationem, „et vt gnaui speciem Cyclopi praeberet, increpare, et vt ab„tollat forsitan mulctram aut fascem lignorum, aut nescio „quid supellectilis porrigat imperare, *tolle in altum, cedo.*" Musgrauius Tyrwhittum sequutus, haec verba ad Cyclopis sermonem trahit, Tyrwhittus autem scenae oeconomiam sic concipit: Ingrediens Cyclops choro primum saltanti occurrit, v. 203. et cum illo colloquitur vsque ad v. 220. Deinde antrum versus procedens, Vlyssem cum sociis in remota, puta, theatri parte, conspicit, et Silenum, qui cum illis pugnare iam simulauit, ne scilicet, vt ipse loquitur v. 231. domini res per vim auferatur. Vnde versus 211, 14, 16, 18. deleta Sileni persona, Choro tribuendos esse existimat. Hos Viros doctos etiam sequitur Preuostus in versione: Ibi Cyclops ad Satyros saltantes dicit: *Retire-toi, range toi. Que signifient ces jeux? Pourquoi ces bacchanales etc.* Musgravius addit, in illis compositis ἀνέχειν, παρέχειν, verbum ἔχειν habere vim verbi substantiui εἶναι, vel γίνεσθαι. vid. eundem ad Rhes. v. 59. et Baech. v. 1129.

## Actus Secundus v. 203—373.

v. 203. f. Διόννσος. Ita Barnes. coniecit et Stiblin. ac MSS. E. G. habent. Sed Musgrauius haesitat, ne forte dederit

Digitized by Google

derit auctor: ἐχὶ Διόνυσος, illius enim ſcripturae, ait, exemplum aliud apud Tragicos non reperiri. Atque ſic etiam Brunckius Vir Summus metri cauſa legi iubet, quem vid. ad Sophocl. Oed. Tyr. v. 993. vbi monuit, illud οὐχὶ millies apud Tragicos occurrere atque ſaepius a librariis ſaepe deque metra habentibus paragogen omiſſam fuiſſe, vt in h. noſtro loco atque Oed. Colon. 360. κρόταλα χαλκᾶ, hebraismus alias, vid. Spanhem. ad Callimach. p. 299. vbi h. v. notauit. De v. κρόταλον vid. nos ad v. 104. ἄρεγμα, i. q. ψόφος (ἦχος, κτύπος Heſych.) ſtrepitus, quem edunt τύμπανα (de quibus vid. v. 65.) quorum vſus in feſto magnae matris Deûm et Bacchi valde frequens erat. vid. Commentatt. in Ouid. Faſt. IV. v. 183. ſ.

v. 205. ſ. πᾶς μοι, ſc. ἔχει, quomodo ſe habent βλ. Illud μοι vel more conſueto redundat, (vid. not. ad v. 41.) vel ad βλας. referri debet, ita vt ſit poſitum pro μοῦ, quid foetus mei? Senſus eodem redit. βλάστημα autem, quod proprium eſt plantarum, interdum omnino de ſobole dicitur, et h. l. i. q. μῆλα νέα, (νεόγονα vid. Interprett. ad Thom. Mag. p. 625. ſ.) vel ἄρνες infra v. 223. Simili modo κλάδος de catulo Theophraſt. Charact. XXI, 2. legitur. πρὸς μαστοῦ ἄνευ vel κλάδου, i. q. alibi ἡσσᾶσθαι μαζοῦ ſ. πόνου vid. Callimach. Caeterum eiusmodi foetus vno voc. alibi nominantur ὑποτίτθια ſc. παιδία, ſi βρέφη. Suid. ὑπομάζια (vid. ad v. 22.) Heſych. γαλαχθέντα, θηλάζοντα. Pro noſtro ἔσιν; ἢ χ' ὑπὸ μ. quemadmodum in Barneſ. Stiblin. et Alð. Edd. legitur, Musgrav. coniicit, ἔσι, χ' ὑπὸ μ. quia vulgata lectio verſum efficiat iuſto longiorem. De v. μαστὸς vid. ſupra v. 55. Multa de h. v. μαστὸς et μαζὸς diſputat Cel. Steinbrychel. (in Muſeo Turicenſi quod aperuit Hottinger. Turici 1782. Vol. I. T. I. ad v. 744. Hecub.) contra Grammaticos. τεύχη χοινίκια, vaſa ex iunco confecta (χοῖνος, illuſtrauit Schol. Ariſtophan. Acharn. v. 228.) mulctra, γαυλοί, apud Theocrit. (vid. Reisk. in Indic.) κισσύβια, in Lucian. Dialog. Iov. et Ganymed.



Digitized by Google

med. et Theophyl. Simocatta Epiſtol. aliquoties, vid. Wakton. ad Theocrit. ad Id. I, 27. et Schol. ad h. l. Pro noſtro χαυλιόν, quod etiam habet ed. Ald. Scaliger coniicit: χαυνίπνι, quod exemplis illuſtrauit Musgrav. atque etiam legendum cenſet Barneſius, niſi placuerit haec verba per appoſitionem accipere.

v. 208. πλήσομαι, πλήθος. Heſych. Copia lactis ad conficiendum caſeum h. l. intelligenda; ſequitur enim ἀμέλγων, quod de caſeo proprie dici non poteſt. ἐξαμέλγων atque ἀμέλγων, quod eodem modo occurrit, deriuatur, vt vetus Gloſſarium habet, ex ἄμα et ἕλκω (ἐκπιέζω τὸ γάλα Heſych.). Quia autem paſtores interdum etiam in ſua commoda dominos lacte defraudabant, hinc h. v. notat etiam defraudare. (Virg. Ecl. III, 5.) Vnde ἀμολγὸς Athenienſibus dicebatur iniurius ac perfidus erga rempublicam. Copioſe de h. v. differuit Caſaubon. ad Ariſtophan. Equitt. v. 326. Ibi vero Schol. h. v. de iis proprie dici monet, qui intempeſtiue fructus nondum maturos decerpant, vnde ſua habet Suidas. cf. etiam Interprett. ad Moerid. p. 93.

v. 209. τί φατὲ, τί λέγετε, haec formula eſt eius, qui vel cum indignatione vel animi feruore alterum interrogat, eodem modo adhibetur formula ἀκούετε ἢ οὐκ ἀκούετε, Aeſchyl. Theb. v. 100. coll. v. 208. — Caeterum illud φημὶ plus eſſe videtur quam λέγω vel εἶπω. vid. Gesner. in prolegom. ad Aelian. de natur. Animal. p. 25. T. I. ed. Gronov. τῷ ξ. (τάτῳ τῷ ξ.) ſc. percuſſus. Simili modo minatur Menelaus ſeni Iph. Aul. 311. σκήπτρῳ τάχ' ἄρα σὸν καθαιμάξω κάρα.

v. 210. δακρ. μεθ. δάκρυα μεθιέντα, κλαίων, δακρύων. μὴ κάτω, κάτω, βλέπων, alibi κάτω κύπτων, quod notat vultum in terram ſubmittere, atque alibi etiam, corpus terram verſus

Digitized by Google

ſus inclinare. Idem voc. de Chriſto dicitur in Ioh. 8, 6. quo geſtu Chriſtus volebat oſtendere, ſe parum attendere neque reſpondere cupere ad interrogata hominum callidorum illorum. Sic Euripid. Ion. v. 582. vid. Kypk. ad Ioh. l. l. Caeterum obſeruanda locutio pleonaſtica vitae communi familiaris (ἄνω κοῖ μὴ κάτω,) quam illuſtrarunt Valck. ad Herodot. pag. 206. et 232. Barneſ. ad Oreſt. Euripid. v. 611. Abreſch. ad Aeſchyl. T. II. p. 1. et Musgrav. ad l. n.

v. 211. ſ. ἀνακύπτειν, (i. q. antea ἄνω βλέπειν ſ. alias ἀναβλέπειν quod, eſt oculos erigere vt Longin. de ſublim. 5.) proprie adhiberi ſolet de auibus bibentibus. Subintelligendum autem eſt ἑαυτὸν ſ. πρόσωπον. — Luc. XIII, 11. explicat per ἀνορθοῦσθαι atque opponit τῷ συγκύπτειν, ibi vid. Elsner. Moſch. Idyll. I, 5. ἄνω βλέψας αὐτῷ Διΐ et Ariſtotel. L. IX. Animal. ἀνακύπτειν πρὸς ἥλιον. Eſt fere idem cum illo ἀτενίζειν εἰς τὸν οὐρανόν, niſi quod in v. ἀτενίζειν idea ſit haec: fixis oculis intueri. v. Kypk. in Obſſ. ad Luc. XIII, 11. vbi etiam hunc locum noſtrum allegauit. Hinc metaphor. h. v. dicitur de eo, qui laetum animum habet, bene ſperat, cui opponitur, qui contriſtatus eſt, atque aegritudine et moerore affectus. Sic in Luc. XXI, 28. et Lucian. Somn. circa fin. (vbi Hemſterhuſ. monet h. v. eſſe emergere et recto capite teſe erigere, quod ſit animi generoſioris indignam ſe conditionem aſpernantis,) et in LXX. Job. X, 15. recurrit. vid. Weſſeling. ad Diodor. Sic. XIII, 88. De v. Ὠρίων vid. Heſych. et Euſtath. ad Il. σ, 1212. Ὠρίων dicitur ab οὐρῆσαι Vrion, poſtea Orion. Cauſam huius denominationis reperies apud Didym. ad Homer. Il. σ, 486. Serv. Virgil. Aen. I, 525. vid. Munker. ad Hygin Fab. 195. eiusdemque Aſtron. Poet. 2, 34. item Eratoſthen. Cataſterism. 32. (in Galeni Opuscc.). Caeterum hoc nomen etiam in Graeca verſione Iobi legitur c. 9, 9. 26, 13. 38, 31. vid. Voſſ. Theol. gentil. *Goguet Diſſertat. ſur les conſtellations du livre d'Job T. VI. de l'origine des Loix, et Fourmont ſur l'Orion in Memoires de l'Academie des Inſcriptions*

Digitized by Google

*tions etc.* 14, 16. ſſ. et quos laudauit Fiſcher. ad Palaephat. *περὶ ἀπίϛ.* c. 5.

v. 213. ſ. ἄριϛον de quouis tempore, quo quis cibum capit, de prandio et ientaculo dicitur, ſed prandium h. l. eſſe non poteſt, iam enim ferarum cibo ſatiatus eſt (v. 130.) omnique tempore cibum capiebat (v. 335. ſſ.) vid. de h. v. Kypk. Obſſ. in Ioh. 21, 12. παρασκευάζων h. l. proprium, vt in Act. X, 10. (ad quem l. vid. Kypk. in Obſſ. et Elsner.) pro quo ἑτοιμάζων eſt in Matth. 26, 18. per quod Heſych. quoque prius voc. explicat. Similiter συμπόσιον παρεσκευασμένον in 2. Maccab. 6, 21. εὐτρεπὴς, ſic eſt in ed. Stiblin. et Aldin. Sed apud Barneſ. legitur εὐτρεπὴς eodemque modo in MS. G. apud Musgrav. vt recte Henr. Stephan. Scaliger, Canterus, Iſ. Caſaubonus aliique legere cupiunt. Hoc εὐτρεπὴς etiam praefert Markl. ad Suppl. v. 392. (pro εὐπρεπὴς) quod etiam Musgrav. ad l. l. probat, nec non Brunck. ad Aeſchyl. S. C. Th. 89. et Valckenar. ad Phoenn. Euripid. 881. Idem Brunck. ad Ariſtophan. Concion. v. 427. monuit. Alias etiam primas ſyllabas εὐ, et ἐκ permutatas eſſe conſtat. vid. Theocrit. Reisk. p. 150. Commentar. Aeſchyl. T. I. p. 222. ed. Schütz. Lex. Vetus explicat: paratus, praeparatus, i. q. ἕτοιμος ſ. παρεσκευασμένος antea. παρασκευάζων enim Heſych. vertit per εὐτρεπίζων, quod a Phauorino redditur per: ἑτοιμάζων, εὐκοσμῶν, εὐτιθέναι. De v. φάγξ diximus v. 157. πλέω Attice pro πλέοι.

v. 216. ſ. ὅλον πίθον ἐκπιεῖν, reſpondet latin. *de dolio haurire*, Graecis eſt: ἀντλεῖν ἐκ πίθε, deque ſumma rerum copia et affluentia dicitur, vt h. l. Neque nobis haec in vernacula lingua, hoc ſenſu, ignota eſt locutio. μεμιγμένον ſc. γάλα. κατακίνων, ſaepius de cibis quam potu adhiberi illuſtrauit copioſe Kypk. Obſſ. T. II. p. 241. Nec commode videtur Florens Chriſtian. reddidiſſe per: dum *bibas* ne me modo. Potius eſt *deglutire*, *deuorare*, vid. Ariſtophan. Au. v. 1137. 1429. et Ran. 1512. quemadmodum etiam recurrit in trito

Digitized by Google

trito illo Petrino V, 8. ad q. l. vid. Wetſten. In Graec. Verſ. Ion. 2, 1. de piſce Ionam deglutiente reperitur loco Hebr. בִּלַּע cf. Bergler. ad Alciphron. p. 86. Pro illo ὅν ἄν, initio h. verſus, Reiskius ἔ γ' ἄν aut certe ὅ γ' ἄν, quod ipſe Caſaubonus vult, legit, quia referatur ad γάλα antecedens v. 215. Musgrauius tamen ſic rigide ad Grammaticorum leges exigere recuſat, adque gratam negligentiam refert. Florens: „Si ὅν ad γάλα refertur, σολοικίζει: debuit eſſe ὅ, ſed excuſandus poëta, qui et ad πίθον reſpexerit, tamen, qui nos audiet, leget ὡς pro ὅν.“ Et ita quidem Barneſius iudicat μήλειον et βόειον ad πίθον referri, ſubaudiendo γάλακτος, et μήλειον πίθον γάλακτος dici pro πίθον μηλείᾳ γάλακτος.

v. 219. Ἐπεί γ' ἄν ἐν μέσῃ. Non placet repetitio τῇ ἄν; itaque legerem ἐπεί γέ μ' ἐν μέσῳ. Et hanc ſane puto veram lectionem. Ita Florens, nequaquam, vt mihi videtur, inepte, niſi quod ex repetitione τῇ ἄν putabat aliam lectionem neceſſariam, quam tamen plus centies fieri apud auctores notauimus. vid. nos ad Troad. v. 985. Quare et haec repetitio alias ferri potuit, quae bene graeca eſt, vt hic loci Florentis lectionem praeferendam ducerem. *E notis Barneſii.* Battierius ſupra ad v. 197. laudatus vulgatam lectionem retinet.

v. 220. Idem Battierius ante ὑπὸ inſerendam putat pronominis particulam μ'. πηδῶντες ἀπολέσαι' ἄν μ' ὑπὸ τ. σ. Profecto crebro repetitur illud ἄν, ſed propterea minime corrigendum, potius quae ad verſum 219. monuit Barneſius, iis aſſentior. Eleganter etiam geminatur, vt ex Comici Ran. 572. 581. Acharn. 218. Thesmoph. 196. Nub. 1396. patet. vid. Cel. Brunck. ad l. l. σχῆμα, de omni externo habitu et cultu, veſtibus, facie, geſtibus etc. vſurpatur, h. l. de ſtaticulis l. geſticulationibus intelligendum. Veteres enim non pedes tantum ſed brachia quoque in ſaltando mouiſſe conſtat, vnde *mollia brachia* apud Ouidium. vid. de h. v. Elsner.

Digitized by Google

ner. Obſſ. ſſ. T. II. p. 246. Alibi hoc ſenſu recurrit χημάτιον, quod Athenaeo L. XIV. vocatur ὑπόχημα. Nec ſatis accurate (quod iam a Valla in Thucydid. factum notamus) Florens Chriſtian. χήματα h. l. reddit per: *modos*, qui proprie ſunt τρόποι, rectius igitur verte *ſtaticulos*, σκιμπόδες, vid. ſupra ad v. 37. Alterum autem verbum ἀπολ. idem Florens bene exprimit per: *enecare*. Non opus eſt, vt lectores attentos reddamus ad ſententiam hanc comicam, quae Cyclopem ſapit, commodeque in Silenum cadit. Illud autem ὑπὸ h. l. i. q. διὰ.

v. 221. ἔα, Hebr. הֵאָה, vnde ortum videtur, etiam in N. T. aliquoties occurrit, alibi admirantis et dolentis, h. l. obſtupeſcentis, ſexcenties apud noſtrum atque etiam Ariſtophanem legitur. Rarius tamen in Scriptoribus profaicis, duo exempla laudauit Raphel. in Annot. Polyb. et Arriann. quibus addi poteſt Lucian. dial. Ven. et Lun. p. 143. ed. Salmur. quem locum iam attulit Kypk. in Obſſ. ad Marc. I, 24. ad refutandum Caſaubonum, vix alibi in oratione ſoluta obvium eſſe, exiſtimantem. ἄϋλιον, ſupra αὐλή, v. 60. ὄχλον, v. 100. ὅμιλον.

v. 222. λῃσαὶ et κλῶπες diſtinguuntur h. l. Quod altero loco eſt voc. dicitur de fure, qui clam intrat domos hominesque praedatur (i. q. κλέπτης, quemadmodum etiam interpretatus eſt Schol. Viteberg. Lycophron. v. Reichard. in Ind. Vtrumque voc. κλέπτης et λῃστὴς iungitur in notiſſimo Ioh. c. 10. initio) quod autem primo loco legitur, vſurpatur de latrone, ſicario, qui publica in via homines aggreditur, furatur, interficit. Differunt igitur hae vv. vt noſtrae: *Dieb* et *Straßenräuber*. Florens vertit: *abigeus*, quod idem cum abactor, graec. ἀπελάτης. Sic Vett. Gloſſae interpretantur, atque ſenſu illo bene h. l. ita diceretur, auferre enim volunt agnos, atque de eiusmodi hominibus illud voc. proprie adhibetur. κατέχων χθ. pro ὡς χθ. atque ſubintell. τὴν

Digitized by Google

τὴν ναῦν, vt in Act. 27, 40. κατέχειν εἰς αἰγιαλόν. Plena locutio in Homer. Od. λ. v. 454. reperitur, vid. Kypk. Obss. ad h. Act. l. T. II. p. 144. copiose de hac forma differentem et S. V. Rosenmüll. l. l.

v. 224. ff. στρεπτὸς, quo quid connectitur, vnde in Herodot. et Xenoph. de fibula chlamydis. λύγος, i. q. alibi ἄγνος, vt Eustath. in Od. κ. — interpretatur vtrumque voc. vid. in Aristotel. Nat. Animal. L. IX. Barnes. et Florens vertunt per: vimen. συνδῆσαι λύγοις occurrit in Lycophron. v. 1247. Schol. etiam vertit λύγος per ἐλάβδος. σῶμα subintell. κατά. γέροντα, putat Silenum, quem iam Vlysses supra v. 101. γεραίτερον vocauerat. πρόσωπον, Polluce (L. II. Sect. 47.) teste nominatur ea pars, quae subest fronti. Bene Florens: ora vertit. Sic enim saepius Ciceroni illa pars nominatur. Huic autem προσώπῳ cum non conueniat epitheton φαλακρὸν, Musgrauius legere mauult μέτωπον cum alio quodam viro docto. Negat autem φαλακρὸν dici, cui facies laeuis, mentumque imberbe sit, sed cui frons maximeque vertex capitis capillis destituantur, quibus addit hoc, passim apud Vett. Silenum caluum exhiberi, in quam rem loca nonnulla laudat.

v. 228. f. ὑπὸ τῷ, pro ὑπό τίνος ἢ συγκεκομμένος (Scaliger: συγκεκομένος) ὥστε σε πυρέσσειν. *) πυκτεύειν de Athletis dicitur, qui pugnis se inuicem contundunt, **) atque etiam in 1 Cor. 9, 12. occurrit. ὑπὸ τῶνδε, hoc respondet verbis ὑπὸ τῷ, non autem illis τὰ ἐπύκτ. vt quisque facile intelliget. φέρειν h. l. auferre — infra v. 233. et ἐκφορεῖσθαι. ***)

v. 230.

*) συγκόψαι, ἐπὶ τῇ πληγαῖς αἰκίσασθαι. Suid.

**) (Suid. εἶδος γυμνασίου ἦν πρὸ παλαίστρας.)

***) ὅτι ταῦ — Sic Stiblin. Barnes. et Ald. ed. Verum Mss. E. legit τὰ σ' (i. e. τὰ σά. vid. Markland. ad Suppl. v. 455.) quod Musgrauius praefert.

Digitized by Google

v. 230. *) ἀπὸ θεῶν ἔμεν ſ. γίνεσθαι eſt: originem generis a Dijs habere, vt in Xenoph. Cyrop. IV, 1, 24. occurrit. Ἀπὸ cum genitiuo interdum originem indicat, vt h. l. Participium autem loco infinitiui eſt poſitum, vt Herodot. Cl. 131. c. Θεῶν ἄπο, nam inuerſae praepoſitionis diſyllabae, quae non fit trichronos, accentus retrahitur. Inter alia exempla et hoc noſtrum allegauit Reiz. Vir Summus in Diſſert. ſupra laudata p. 19. §. 16.

v. 231. Vbi Euripides Silenum et Satyros bibaces, mendaces, ſalaces et puſillanimos introducit, recte id eum facere ex Veterum mente obſeruandum cenſet Barneſ. h. l. Dicebam quidem hoc, te eſſe Deum, oriundum a Deo (Neptuno v. 261.) verum οἵδ' — illi homines ſermonis huiusce mei nullam rationem habentes comedere etc. χρῆμα, quaſi quo quis χρῶνται, quod χρήσιμόν ἐστι, quod vllam aliquam vtilitatem affert, qualiscunque demum ea ſit. Saepius hinc de pecunia, ſaepe vero de aliis rebus in domo neceſſariis, de facultatibus, bonis caet. vſurpatur. vid. Cel. Fiſcher. in Proluſſ. Palaeph. p. 23. Pro noſtro ἐφόρει Musgrav. mauult ἔφερεν a φορέω, quod ſane magis poeticum eſt, (vid. Troad. 647. Electr. v. 1033. adde Ariſtophan. Au. 193. et Barneſ. ad Herc. fur. v. 1267.) ſed eodem redit. Reiskius ita: ἔλεγον ἔγωγ'. οἱ δὲ διεφόρει.

v. 234.

*) ἦσαν, Ed. Stiblin. et Mſ. E. Verum Florentis et Ald. ed. ἴσαν, quod etiam Barneſius probat, quoniam, vt ipſe monet, Syllaba prior longa atque per ſyncopen pro ἴσασαν ponitur, atque vt diſtinguatur ab ἴσαν. Prius quod attinet, Suid. habet haec: ἦισαν, ᾔδεισαν, ἐγίνωσκον. vid. Etymol. M. in v. ἤϊσμεν, vnde patet ἦσαν per ſyncopen a Vett. dictum fuiſſe pro ᾔδεισαν. De altero ἴσαν haec ſcribit Suidas: Ἴσαν, ἐπορεύθησαν, παρ' Ὁμήρῳ, καὶ μόνον, σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἔγνωσαν. Caeterum nemo non videt

Digitized by Google

v. 234. κλοῷ (vt est in Ed. Florent. pro quo melius esse κλοιῷ Casaubonus censet) sic Attici scribunt, vid. Musgrav. ad h. l. Barnes. affert Homer. Il. β. 212. κλοιοὶς l. κλοοὶς est κολλάριον ξύλινον (vid. Interprett. ad Aristophan. Vesp. v. 892.) quo canes in villis alligari solent, atque omnino torques, catena (Hesych.) et jugum quoduis, quin idem cum κυφὸν, quod erat genus supplicii (Schol. enim Plut. Aristoph. v. 476. monet, illud lignei vinculi genus, quod κυφὸν dicatur, a quibusdam etiam nominari κλοιόν). Vid. nos ad v. 183. Denique de ξύλῳ trabe, trunco, adhibetur (Brumöus vertit: *poutres, Balken*). τριπήχει, vnde Cyclopis magnitudo potest cogitari, si collare manus collumque constringens tricubitale esse debebat. πῆχυς enim est pars, ab ἀγκῶνι vsque ad extremos digitos manus protendens. Ἀγκὼν autem (s. cubitus) habet duos pedes, *pes* sedecim digitos, Suida teste. κατὰ τὸν ὀφθ. Sic ed. Stiblin. Florent. et Aldin. — Barnes. cum Cantero (qui habet κατὰ, quod etiam probat Casaubonus) inprimis ob sensum legit κατὰ atque ita locum ordinandum censet: δήσαντες δέ σε κλοιῷ τριπήχει, ἔφασκον βίᾳ ἐξαμήσασθαι τὰ σπλάγχνα κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν, ἤγουν, διὰ τῆ ὀφθαλμῆ μέσου. Atque etiam Musgrauius, male legi, censet κᾶτα pro κατὰ τ. ὀ. Idemque phrasin notam a Florente Christ. sollicitari non debuisse monet, laudatque Electr. v. 910. Florens enim ita haec expressit: *quin et triplici vincto numela interminabantur tibi per vmbilicum expectoraſſere ilia etc.* Quia mox sequebatur συνδήσαντες, Florens antea legebat δύσαντες. Sed

videt, verba illa καὶ μόνον ab inscio librario esse profecta, quis enim negauerit, etiam alibi sic occurrere, aut longe alium sensum his verbis subiicere debemus; nimirum Suidas vult dicere, h. v. nonnisi *hoc sensu*, scil. pro ἐπορεύθησαν, in Homero obuium esse, quemadmodum iam explanatum video non sine laetitia a Lamb. Bos. ac Toup. in Emendatt. in Suid. P. II. pag. 182. ed. Lipsi.



Digitized by Google

Sed nihil putat mutandum, nisi ὀφθαλμόν, pro quo mauult ὀμφαλόν. Quorsum enim *oculus* legatur, quaerit. Sed recte Barnesius ita legere recusat, atque Silenum hic iocose et ad irritandum Cyclopem loqui, notat. Ipse quoque Scaliger, ridicule, monet, dici κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν μ. quomodo enim aliquis vincire potest κλοιῷ τριπ. κατὰ τὸν ὀφθαλμ. quaerit. Vnde legendum censet: καὶς τὸν ὀμφαλὸν μέσον — ἐξαμήσασθαι σέθεν. Atque in fine versus sequentis legit βίᾳ pro σέθεν.

v. 235. ἐξαμήσασθαι, (Musgrauius cum Duporto scribendum existimat ἐξαμήσεσθαι, vt Aristophan. Lysistrat. v. 367.) *demetere*, Suid. ἐξαμήσω, ἐξαπύσω, (κατεργάζομαι, conficio, Schol. Homer. Il. λ. v. 365. ἐπὶ τέλος ἄξω, φονεύσω) θήσω, laudatque locum ex Aristophan. Lysistrat. v. 367. vbi haec sunt: ἐξαμήσω τὰς πνεύμονας καὶ τἄντερα. τὰ ἔντερα h. l. σπλάγχνα. φάσκειν, i. q. λέγειν (Suid.) in hoc contextu, *minari*, alias iactare. Brumöus h. l. ita expressit: *ils se promiroient de vous lier à une poutre, de faire sortir vos entrailles par votre petit oeil.* — Preuostus: *qu'a ta vue et sous ton oeil monstrueux ils t'arracheroient, toi même a une etc.* Denique Reiskius hunc sensum inesse monet: *minantur illigaturos medio tuo oculo lignum tricubitale* — additque, comma ante κατὰ esse delendum. Brodaeus post ὀφθαλμὸν subaudit ἐκκόπτοντες, ἐξορύσσοντες aut ὀφθαλμὸν ἐξαμήσασθαι καὶ τὰ σπλάγχνα. Florens illud ἐξαμήσασθαι explicat: *effodere* et *efferre*, vt Suidas interpretatur l. l.

v. 236. ἀποθλίβειν (quod cum Ruhnkenio Musgrauius in ἀπολέψειν mutat, quippe comicum pro τύπτειν, Ruhnken. in Ep. Crit. II. p. 60. iudice) *extrudere* significat, vel exprimere (μάσσειν) vt flagellorum vestigia in cute videantur. θλίβειν (Hebr. לחץ) vt πιέζειν proprie adhibetur de athleta, qui alterum tantopere comprimit, vt vix spiritum trahere possit, grauius est στενοχωρεῖσθαι, cum ita aduersarius coarctatur, vt spiritus vere sit intercluſus (vnde in N. T. vtrumque iunctum legitur

Digitized by Google

legitur in 2Cor. IV, 8. vid. Krebſ. Obſſ. Flav. p. 298. 299.). Hinc ἀποβλίβειν, quod tamen alio ſenſu, de turba hominum comprimente in Luc. VIII, 45. vſurpatur. vid. Hemſterhuſ. ad Lucian. Tom. I. pag. 52, 6, 12. Caſaubon. legit ἀποδρύψειν, (id eſſet: *laceraturos*, quo nihil aptius eſſe cenſet, eſt autem ἀποδρύψειν dictio poëtica pro vulgari ξαίνειν) ſed non opus eſt hac emendatione, vt etiam Barneſ. ſentit. ἐν, λίαν — belle — *derb zudecken — durchgerben.*

v. 237. ſ. Tum vero minabantur, ſe impoſituros te conſtrictum in tabulata nauis etc. ἐδώλια (ἑ enim ob vocalem antecedentem abſorptum eſt) ſunt *tranſtra*, ſ. ſedes remigum. Suid. σανιδώματα, κυρίως τῶν πλοίων, ἐφ' ὧν οἱ ἐρέται καθέζονται κ. τ. λ. Gloſſa quaedam pro ἐδώλ. habet ἐδράσματα, quae etiam in Codd. Vett. inuaſit in Sophocl. Electr. 1393. Sed Brunck. V. S. ἐδώλια tanquam vnice verum ac genuinum a Scholiaſta ſeruatum in textum recepit. vid. etiam Heſych. Canterus. mauult ϑ' ἐδώλια, quod eodem recidit, ſed Florens improbat. ἀποδίδοσθαι, πιπράσκειν, (Suid.) vendere, venumdare — *etwas zum Verkauf ausſtellen — feil bieten.* Opponitur τῷ πρίασθαι, emere. v. Xenoph. Vec. V, 4. Ita etiam in N. T. ex vſu LXX. Interprett. qui hoc voc. vſurpant pro Hebr. מכר, recurrit, vid. S. V. Roſenmüller. ad Act. VII, 9. qui etiam locum e Loesneri Obſſ. Philonianis notauit, vbi illud v. cum πιπράσκειν iunctum legitur. vid. Elsner. Obſſ. SS. T. I, p. 390. et Cel. Beck. ad Ariſtoph. Au. v. 17.

v. 239. μοχλεύειν ſ. μοχλᾶν et μοχλᾶν eſt: vectibus aliquid agere, mouere molem, obfirmare aliquid (a μοχλός, vectis) moliri, (vt Liv. L. IX, 3. moliri mentes ſede ſua) vnde ἀναμοχλεύειν πύλας Med. v. 1318. Metaphor. h. v. vt μοχλεύεσθαι notat: aliquid machinari, moliri, quemadmodum σκαλεύω, iacto, quod de violenta commotione adhibetur, etiam ad animum translatum de eo vſurpatur, qui dubitationibus vexatur. Alias μοχλὸς φέρειν in Bacch. v. 947. legitur.



Digitized by Google

Brumöus expreſſit: *transporter des pierres* et Preuoſtus: *travailler dans les carriéres* (*Steinbrüche*). — Paullo ante exenteratum iri dicebat, hic exenteratus imponitur naui deportandus ad metalla lapidum, vt ibi poenae ſeruus ingentia ſaxa moliatur; quomodo, qui exenteratus fuerit? Multas eiusmodi ἀλογιστίας deprehendimus alibi paſſim. *E notis Scaligeri.* Affirmant, ſe validiſſima vincula colle tibi circumdaturos, et per medium oculum viſcera tibi extracturos. Ridicula ſunt, quae deinde ſubiiciuntur a Sileno: neque aliter accipienda. Nam qui per oculum fuerit exenteratus, huic nihil metuendum amplius. *Caſaubonus de Sat. poëſ.* p. 169. ἢ πυλῶνα καταβαλῶν, ſic ed. Stiblin. — Barneſ. et Brum. vertunt: *cuſtodem ianuae eſſe.* Quomodo hic ſenſus hic reperiatur non facile intelligo. Preuoſtus tamen Musgrauii emendationem ſequutus ita eloquitur: *pour faire aller le moulin.* Venuſtius hoc videtur Musgrauio, nec longius (vt eius verbis vtar) a Mſſ. lectione recedere, quae eſt: ἢ μυλῶν' ἀχτὰς ἀλῶν (aut in piſtrino alimenta molere). Vnde ſic corrigit: ἢ σ' μυλῶνα καταβαλῶν. Seruilem autem poenam fuiſſe in piſtrinum (μυλῶνα) detrudi conſtat ex Hemſterhuſ. ad Lucian. T. I. p. 136. (quem iam Cel. Beck. ad Musgravii not. laudatam notauit) et Interprett. ad Terent. — Heathius vulgatam lectionem ita explanat: *aut veſtibulum ſolo aeques.* Iuuenes enim, addit, olim inter commeſſationes veſtibulum domus amicae deiiciebant. Pauca haec nobis oſtendunt, quis et qualis ſit Cyclops. Vix reuerſus a venatione ferisque deuoratis de cibo parato interrogat, poculisque impletis, ſumma cum grauitate metum ſubditis iniicit. Conſpectis autem hoſpitibus, ſtatim occaſione vtitur commoda eos deglutiendi, dum ſimulat ſeſe miſeria Sileni tangi. Superbus ad originem diuinam prouocat, et dictis immiscet iocum, qualis ab eó exſpectari poterat: Neque non Sileni perſona detegitur in verſibus hiſce, quippe admodum timidus et vecors Cyclopem conſpicatus trepidat, peſſimeque e diſcrimine rerum ſeſe liberare ſtudet, ita, vt neglecta veritate,

Digitized by Google

tate, probitate et amicitia non modo rem omnem cum hospite actam neget, verum adeo dicta Cyclopis in vsum suum conuertat, hospitibusque mendacia nefanda affingat, nihil curans certissimam crudelissimamque Vlyssis et sociorum mortem. Quis vero est, qui non miretur inconstantiam Sileni, qui hospites dixisse mentitur, se velle antea ἅπαντα σπλάγχνα etc. deinde demum ἀποθλίβειν, et ἀποδιδόναι, πέτρας μ. etc. Caeterum omnia inde a v. 211. dicta non Sileno sed Choro tribuit Preuostus. Quodsi quis in v. 230. ad Athenienſium equites, male tractantes rusticos, respici voluerit, non aduersabor. Omnino Athenienſium ii, qui nobili loco nati erant, maxima superbia inflati inferiores ordines summo cum contemtu negligebant, atque subditos nefanda ratione tractabant. vid. Paw *in Recherches Philoſophiques ſur les Grecs* supra laudat. quanquam hic Vir doctus, quod iam alio loco obſeruaui, modum excedere interdum videtur.

v. 240. ἄληθες, aduerbialiter Atticis vsurpatur sensu ironico pro *ſcilicet, verene*? vt Aristophan. Plut. v. 123. vbi vid. Spanhem. adde Brunk. V. S. ad Aristophan. Ran. 840. Gloss. ad Oedip. Reg. Sophocl. 350. notat esse εἰρωνικόν. Thomas Magister: ἄληθες παρὰ ποιηταῖς, τὸ κατ' εἰρωνίαν ἀντὶ τοῦ ὄντως λαμβανόμενον, ὡς τὸ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ (v. 123.) Suidas: ἄληθες. ἀντὶ τοῦ ὄντως. ἀξιοῦσι δὲ ὀξύνειν τὴν πρώτην, ὅταν τοῦτο δηλοῖ τὸ ἐν ἐπερωτήσει λεγόμενον ὄντως, ἀληθῶς, οἷον. Ἄληθες, ὦ παῖ — (Aristophan. Ran. v. 840.) quem locum Musgrauius in Euripidis Telepho fuisse putat. De vsu huius verbi et accentu retracto plura differit Henr. Stephanus in Annot. ad Sophoclem pag. 166. Sic in Sophocl. Oedip. Tyr. Act. 1. Scen. 2. sub init. vbi vid. Steinbrüchel. in nota. Quemadmodum Latin. verum ſ. vero, v. c. Plaut. Rud. 2, 3. 9. conf. Donat. ad Terent. Eunuch, 5, 2, 52. et 4, 4, 30. It. Andr. 1, 2, 14. Eunuch. 3, 1, 12. ibi enim pro *vero*, eodem sensu legendum esse *verum* statuit Cuper. in Obss. L. I. c. 12. Gallorum: *vrai, tout de bon.* Atque sic nos fere: *Wirklich*?



Digitized by Google

*Das wäre! Ih ſo geh doch gleich, und wetze meine ſcharfen Meſſer u. ſ. w.* Eodem modo ἑτέον Atticis vſurpatur. vid. Caſaubon. ad Ariſtophan. Equit. v. 733. κοπίδας μαχαίρας, alterum redundat, vt alibi in Euripide (Bacch. v. 1025.) et Homero. Niſi malueris exprimere per: *cultros acutos.*

v. 241. μάχαιρα videtur ita eſſe diſtinguendum a κοπὶς, vt illud notet maius, hoc minus genus cultri. Ac proprie κοπὶς de cultro culinario dicitur, qui h. l. haud dubie eſt intelligendus. vid. Brod. et Musgrav. ad h. l. Idem ſic legit: ὡς τάχος τ' ἰὼν θ. μ. θήγειν proprium eſt de ferro, gladio, h. l. et ſaepe in Homer. θήγειν δόρυ. Horat. Od. 2, 21. *acuere ferrum*, vnde etiam eſt: pugnare cum aliquo, atque in Heſiod. ἀσπ. v. 388. de apro dicitur. φάκελλος alibi σφάκελος, σφάκελος, et φάκελος cum ſimplici λ, quemadmodum in Barneſ. ed. et Mſ. E. apud Musgrav. et a Caſaubono metri cauſa ſcribitur. Sed Stiblin. et Aldin. ed. habet φακέλλος. Musgrauius notat, Valkenar. ad Herodot. pag. 309. ſcribere cum ſimplici λ. — Hoc voc. notat fascem lignorum (ξύλων h. l. additur) Latin. fasciculum.

v. 242. ſ. ἀναπτεῖν, i. q. καίειν, quod, quanquam alias eſt vrere, tamen in N. T. et SS. profanis, v. c. Plutarch. Xenophont. pro *accendere* vſurpatur, vid. Kypk. Obſſ. N. T. T. I. pag. 18. quibus addi poſſunt quae D'oruill. ad Charit. pag. 588. ed. Lipſ. monuit. Infra eſt: ἀναίθειν πῦρ v. 330. Act. XXVIII, 2. etiam legitur ἀνάπτειν πυρά. πλήσωσι (in Ed. Stiblin. πλήσσωσι) alia lectio eſt πλήσωσι. Sed vulgata, quippe difficilior, haud dubie verior eſt. Qui enim ὡς cum indicatiuo iungere nolebant, coniunctiuum loco indicatiui ponebant. Atque hoc iam multos VV. DD. in errorem induxit, v. c. Heumannum, qui in explicando Marc. IV, 36. plebeium exinde ſcriptorum ſacrorum ſtilum liquere putat, quod ὡς cum Indicatiuo in l. l. et v. 27. iungant. Sed eum iam refutauit Kypk. ad l. l. monuitque, ὡς pro ἕως

(quod

Digitized by Google

(quod eodem modo adhiberi copiose demonstrauit Zeun. ad Viger. pag. 530.) etiam in Homer. et Euripide, ex quo nostrum locum allegat, cum Indicatiuo construi. νηδὺς, Suid. γαστήρ. Sed ex Hippocratis accurata lectione obseruaui, νηδὺν latiorem habere significatum, quam γαστέρα. Prius notat omne cauum, quod humor permeat, alterum nonnisi de vtero proprie adhibetur. Sed discrimen hoc neglegi, ac saepius σῶμα, νηδὺν, γαστέρα inter se inuicem permutari, nemo nescit. Sic nos quoque distinguere solemus voce. *Leib*, *Körper*, *Bauch*. vid. Foësii Lexic. Hippocrat. αὐτίκα, *auf der Stelle*, vt vertit Preuostus. ἐπ' ἄνθρακος, sic Stiblin. Florent. editio. Malo legere cum Reiskio, Heathio, Abreschio (ad Aeschyl. I, pag. 398.), Ruhnken. Musgrauio, ἀπ' ἄνθρακος, quemadmodum infra v. 373. legitur.

v. 244. Pro illo ἔδοντος δαῖτα Ruhnken. in litteris ad Musgrav. datis corrigit διδόντος δαῖτα (Heathius διδόντες coniicit) et verba τῷ κρεανόμῳ mutat in τῷ κρεανόμῳ. Musgrav. retinet vulgatum ἔδοντες, sed sequentia sic emendat: δαῖτ' ἄτερ κρεανόμων, Florens, se nescire ait, an praestet διδόντος pro ἔδοντος. Alia lectio est: ἔδοντι. Reiskius coniicit τῶν κρεῶν ὀπαδῷ, vel potius ζυμῷ, *statim enim mactati implebunt suarum carnium succo meum ventrem comesturi* (id est mei, qui comedere amo) *calidam adhuc a prunis candentibus buccellam*. Vult dicere: *mactati protinus in cibum contruncabuntur, pars super carbonibus assandi, pars coquendi et iure macerandi*. Brodaeus: τῷ κρεανομοῦντι παρὰ τῷ κρεανόμῳ, τουτέστιν μαγείρου, ἢ κρεωδαίτῃ, nam prisci singulis conuiuis esculentorum portionem diuisim apponebant. κρεανόμος, ὁ τὰ κρέα νέμων vel δαιόμενος, i. q. infra v. 396. μάγειρος, apud Homer. δαιτρὸς (vid. Casaubon. ad Athenae. V, 4.) Coquus, ita vocatur Saturnus in Lycophron. v. 203. (coll. v. 1199.) malo enim illud κρ. in l. l. ad Κρόνῳ referre cum Reichardo quam ad δρέπουτος cum Scholiast. Idem voc. pro dilaniatore ibid. 762. legitur, vnde κρεανομία, κρεοδαισία, Ciceroni, visceratio. Sic in Gloss.



Digitized by Google

Vett. explicatur, alibi vero etiam ἀρτοκόπος, διανομή, vel δ. κρέως vocatur. cf. Eustath. ad Homer. Il. 216. et Musgrav. h. l.

v. 245. l. τὰ δὲ, — τὰ δὲ λοιπὰ — ἄλλα — ἐν λέβητι ἑφθὰ π. τετηκότα, Barnes. *elixa* — bene, nam τήκειν, elixare est: aqua mollire et diluere, seu percoquere aliquid. ἔκπλεως, *plenus ueneer* etiam Latinis, nosque amamus dicere: *Ich bin voll* — satur. v. Triller. Obss. Crit. 3, 3, 168. ὀρεσκόος, qui in monte est vel versatur, vnde αὔγαι dicuntur ὀρεσκ. quia ἐν ὄρεσι διατρίβουσι, h. l. ferae sunt intelligendae, quas Cyclops deuorauerat, vt e ss. apparet, vid. vers. 130. — Haec lectio εἰμ' ὀρεσκόος est e coniectura H. Stephani dudum a Barnesio recepta, eamque probat Valckenar. ad Euripid. Phoen. p. 690. *fatur carnis ferinae.* Sed Stiblin. Aldin. ed. et Florentis legit ἡμερησκόος, quod etiam habere videtur MS. E. apud Musgrav. Scriptum enim ibi reperitur ἰμερησκόος superaddito tamen η. Brodaeus: *Ego mansuetis cicuribusque animalibus fatur sum.* — Idemque ait, sibi placere ἡμερησκόος. Si lectionem ἡμερησκόος sequimur, sensus est: *Cibi quotidiani — consueti* — quem quotidie sumere soleo — taedet.

v. 247. ἄλις λεόντων ἐξὶ μοι θοινωμένῳ, i. e. πολλῶν λεόντων χάριν. Nam verbum εἰμὶ in tertia persona singularis praesentis — cum datiuis participiorum quorundam affectum animi significantium pro verbis ipsis vsurpari solet. Ita Vigerus, ad quem vid. Hoogeuen. Sed hic locus noster videtur demonstrare, etiam alia verba huc esse referenda, θοινᾶσθαι (quod Schol. ad Homer. Od. δ. v. 36. per εὐωχᾶσθαι interpretatur) certe non ad ea voc. pertinet, quae affectum animi indicant. λεόντων, sed in Sicilia leones?

v. 248. χρόνος εἰμι, *multum temporis spatium est praeterlapsum, ex quo homines non deuoraui.* Sic χρόνον ἄνευ ἐκ δωμά-

Digitized by Google

δωμάτων Andromach. v. 84. vid. Musgrav. ad Oreſt. v. 234. conf. Phoenn. v. 370. vbi Schol. monet eſſe ἐπιξήμιον dictum pro μακρᾷ χρόνῳ. Hic habes exemplum prodigioſi atque portentoſi, quo poëtae ſatyrici attentionem hominum magis excitare atque hac rerum nouitate eorum animos delectare volebant, quia et Tragoedia lacrymis, Comoedia riſu nimio interdum faſtidium mouebant.

v. 249. ff. καινὰ ἐκ τῶν ἠθάδων, vel ῥήματα ſunt intelligenda, vel verba tanquam prouerbialis ſententia vniuerſalis accipienda. ἐκ, (quod Scaliger h. l. omittendum melius cenſet) pro ἀπό, breuem concinnamque orationem reddit: *poſt.* — Sic Xenoph. Cyrop. I, 26. ἠθὲς, i. q. ὃ ἔθος ἐστὶ — *quod eſt conſuetum — was man alle Tage hat — etwas altes* — (v. Lycophron. 606.) vnde opponitur τῷ καινῷ. Suid. ἠθάδων, συνήθων. νεωστὶ, ἀρτίως. Heſych. πρόφατος, πρὸ μικροῦ. Etiam Suid. habet: πρόφατος, monetque, vt ex genitiuo μεγάλων oriatur μεγάλως aduerbium atticeque μεγαλωστὶ, ita ex νέων, fieri νέως, attice νεωστί. *Recens, nuper, paulo ante*, vid. Xenoph. Cyrop. III, 3, 36. Quae ſignificatio ſi recepta fuerit, Reiskius pro αὖ legendum cenſet ἂν, ſi vero notat *paulo poſt, mox*, et αὖ deinceps, ἀφίκοιτο deberi in optatiuo legi. Idem prius rectius iudicat. Sed tamen nihil mutandum cenſeo, non enim dicam, αὖ eſſe poſſe h. l. παραπλήσιον, vt Grammatici aiunt, (id enim refutauit Viger. l. l. p. 381.) ſaltem illud αὖ bene h. l. pro πάλιν accipiendum eſſet, — quod nos fere ita exprimeremus: *Ich weiß mich nicht zu entſinnen, daß vor kurzem wieder Fremde hieher gekommen wären.* ἄντρα ταῦτ' ſic Barneſ. e coniectura. Sed ed. Aldin. Stiblin. et Florentis habet: ἄντρα τἀ σ' pro τὰ τά, quod Barneſius pro mendo habet, vnde legit ταῦτ', nec probat Scaligerum, qui ne minimis quidem litterarum veſtigiis ſeruatis ſcribendum putabat τῇδ'.



Digitized by Google

v. 252. ff. Nunc Vlyſſes conſilium exponit, remque omnem narrat, ſeque tueri ſtudet aduerſus calumnias a Sileno prolatas. ἐν μέρει, viciſſim, vid. ſupra ad v. 179. Sic ἀνὰ ἐν μέρει, Heraclid. v. 183. Eſt autem hoc ἄκυρον ἐν μέρει, i. q. alibi vno voc. ἀπάκυρον κλῆμα Supplic. v. 569. Xenoph. Exped. Cyr. II, 5. 16. Audienda autem in iure eſt et altera pars. Barneſ. affert illud Senecae (Med. v. 199.) *Qui ſtatuit aliquid, parte inaudita altera, aequum licet ſtatuerit, haud aequus fuit.* χρῆζειν, βούλεσθαι, vnde τὸ χρῆζον ſaepe apud Euripid. eſt votum, ſupra v. 88. 98. χρῄζω — βορᾶς. Perſonus ad Moerid. pag. 155. emendat: ἡμεῖς βορᾶς χρῄζοντες ἐμπολῆς λαβεῖν *nos cupientes cibum pro* (ἀντὶ omittitur) *mercibus accipere.* Sed retineo βορᾶς et χρῄζειν accipio pro indigere, opus habere, quemadmodum ſupra l. l. χρῄζω βορᾶς. Tunc autem χρῄζειν cum genitiuo iungi, ex Suida patet. ἀντὶ interdum omitti (quamquam vix in tali contextu, qualis hic eſt, hoc fieri exiſtimamus), non ignoro. vid. Alceſt. Prolog. v. 5. ibique Schol. Sed haec emendatio nimis mihi videtur quaeſita. Caeterum ille Infinitiuus pendere poſſet a ſequenti ἤλθομεν. Si quis maluerit χρῄζειν pro *capere, velle* accipere, Genitiuum βορᾶς ad ἐμπολὴν λαβεῖν referendum putarem, tunc omnis difficultas eſſet ſublata. *Nos huc venimus, quia cibum emere optabamus.* Nam ἐμπολὴν λαβεῖν, i. q. ἐμπολᾶν (quod eſt τὸ ἀπὸ προγεγραμμένου κτᾶσθαι. Schol. apud Brunck. Sophocl. Aiac. 978.) emere (infr. λαμβάνειν πιεῖν) vid. Valckenar. ad Theocrit. pag. 240. cui opponitur ἀπεμπολᾶν v. 256. quod Vett. Interprett. explicant per: πιπράσκειν vendere. ὅσσον, i. q. πλῆθος ſupra v. 18. vel ἐγγύς. Sic Heſych. et Etymol. explicant. Iungitur autem cum Genitiuo. Dores alias pro ὅσσον ſcribunt ὅσσιον, vid. Euſtath. ad Od. 1, p. 375. et Wetſten. copioſe ad Act. XXVII, 13. vbi nec noſtrum locum omiſit.

v. 255. ff. ἄτος, γέρων. ἑκὼν ἑκόντι, hanc figuram etiam Aeſchylus (v. c. Prometh. v. 218. ἑκὼν ἑκόντι Ζηνὶ συμπεραίνεται,



Digitized by Google

σκτεῖν, et v. 19. ibid. — Ἄκοντα σ' ἄκων etc. vbi vid. Stanlei. qui hanc figuram verborum ad polyptoton referri posse scribit p. 21. ed. Schütz. V. C.) et alibi Euripides (vt in Hippolyt. v. 319. σ' οὐχ ἑκοῦσαι οὐχ ἑκών μ' ἀπώλυσε) adhibent. τούτῳ, alii legunt τούτων, quod Musgrauius cum Reiskio praefert. Sed nostra τούτῳ, in Stiblin. Florentis et Barnes. ed. legitur. Si vera est lectio τούτῳ, referri debet ad id quod supra v. 226. de capite Sileni verberibus tumefacto Cyclops dixerat, ad quod necessario respondendum erat, hoc enim maxime iram Cyclopis irritare debebat, ad ea enim, quae supra 223 ff. dicta erant, iam respondit Vlysses v. 253. ſi.) (Nisi forte supplere malueris πράγματι, nec vis vlla negotio huic adhibita est. — *Bey dem ganzen Handel ist keine Gewalt gebraucht worden* — quemadmodum etiam Brodaeus intellexisse videtur). Si vero τούτων legere placuerit, hoc ad omnia ante dicta trahendum est. In his omnibus nulla vis est adhibita, neque vi abstulimus res tuas, neque verberibus coëgimus senem. Sic Brumöus, atque Preuostus legisse videntur, vt ex eorum versione patet.

v. 258. ὑγιὲς, i. q. ἀληθές. Alias ὑγιὴς proprie dicitur de corpore sano et incolumi, sed ad animum si transfertur, vsurpatur de eo, quod probari potest, *verum*, *vrile*, *rectum* est, vnde Suid. interpretatur h. v. per: λυσιτελὲς, ὠφέλιμον. Sic etiam in N. T. occurrit, vt Tit. 2, 8. vbi doctrina vera, non fallax ita dicitur. Vnde ὑγιαίνειν 1 Tim. 1, 10. 2 Tim. 4, 3. 1 Tim. 6, 3. ὑγιαίνοντες λόγοι. Similis fere nostro locus est in Demosthen. pro coron. p. 316. ἔθ' ἕτος ὑγιὲς περὶ τῶν εἴρηκεν ὧδε. Atque in Phoenn. v. 208. ſ. noster dicit: suauem esse feminis voluptatem μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλαις λέγειν. Sic ὑγιὲς εἰπεῖν Aristophan. Plut. v. 274. Caeterum ὑγιὲς οὐδὲν λέγειν, i. q. alibi οὐδὲν λέγειν simpliciter, *mentiri*, de quo v. b. Zeun. ad Viger. pag. 150. Opponitur autem eodem sensu λόγοις νοσῶν in Sophocl. Trachin. cf. Albert. Obss. Philolog. p. 409. et Gataker. ad Anton. L. VIII. §. 30. fin. vbi Gatakerus

Digitized by Google

ckerus recte post περιτρανῶς interpungit, et post voc. ὑγιεῖ vo-culam δὲ addit. Quamquam enim verus est sensus, nos non vbique vera aperte dicere debere, quemadmodum Casaubonus et Xylander interpretati sunt (hoc enim esset contra omnem prudentiam,) tamen Antonini praeceptis accommodatum videtur. Locus enim, quem iam laudauit Gataker. III, 12. admodum perspicuus est. Hanc loci correctionem etiam sequutus est nuper Schultheſſius in Verſione vernacula.

v. 259. ἐπεὶ κατελήφθη, Heathius corrigit ἐπεί γ' ἐλήφθη, egregie, verbum enim simplex, quod versui congruit, in talibus est vsitatum, vt Sophocl. Trach. v. 841. Ion. 1113. Antiphon. Orat. 1. p. 15. quem locum iam allegauit Kypk. in Obss. T. I. p. 377. Demosthen. c. Mid. pag. 359. §. 260. Ita censet Valckenar. ad Hippolyt. v. 955. Addi potest Demosthen. de fals. legat. p. 217. Sed quanquam haec omnia vera sint, tamen nullam video rationem, qua motus vulgatam lectionem emendare debeam. vid. Wolf. in Cur. Wetsten. et Kypk. ad Ioh. VIII, 4. Illud καταλαμβάνεσθαι (cui alibi additur ἐπ' αὐτοφώρῳ. Hippolyt. v. 959.) aliquem in ipso delicto deprehendere, est voc. forense. conf. Kypk. in Obss. ad l. Ioh. l. vid. Gal. 6, 2. πωλῶν, pro πωλεῖν, quod idem Kypkius ad l. l. illustrauit. πωλεῖν, i. q. πιπράσκειν.

v. 260. γὰρ h. l. non rationem reddit, sed vel redundat, vel pro μάλα, μὰ Δία positum est, vid. Kypk. Obss. ad Rom. IV, 8. κακῶν ἐξόλοι', sic saepius in Medea, Hippolyto etc. abi in malam rem, pereas, vt in Terentio non semel. εἰ ψεύδ. *hac conditione, si mentitus fuero, si, quae proluli, falsa sunt, ista exsecratio vere in me cadat.*

v. 261. ff. μὰ τὸν πατέρα σου, (hoc enim est τὸν τεκόντα σε) Neptunus enim erat pater Cyclopis, vt antiquitas fabulatur,

tur, vnde Cyclops supra v. 230. sese a diis ortum trahere dicit. Τρίτων Neptuni et Salaciae (vid. Augustin. de Ciuitat. Dei Lib. VII. et Festus h. v.) nymphae marinae filius Virg. Aen. I, 144. Nereus, Deus marinus (Hesiod. Theog. v. 233. et Suid.) Oceani et Thetyos filius, a quo Nereïdes, filiae ex Doride susceptae nomen acceperunt (v. Hesiod. Theogen. v. 240. ss.) atque h. l. dicuntur Νηρ. κόραι. Orpheus eum vocat antiquissimum Deorum, Hesiodus πρεσβύτατον παίδων in l. l. v. 234. et Virgilius, *grandaeuum* Georg. L. IV. v. 392. (Calypso, et ipsa Oceani et Thetyos (Hesiod. Theog. v. 359. coll. 362.) ex aliorum sententia (Tibull. IV, 1, 77. Hygin. c. 125.) Atlantis filia, nympha marina, quam ideo hoc nomine nuncupari scribit Suidas, quia non fuerit simplex, sed καλύπτουσα τὸ διανοούμενον, vnde ab Homero dicatur δολόεσσα (Od. η, v. 245.) qui etiam plura de ea narrat. Comice Noster Deos, Nymphas, et pisces coniunxit, eodem fere modo quo Aristophanes coruum et Deum in Auib. v. 1610. Caeterum iusiurandum per Neptunum adeo erat consuetum, vt (quam ridicule!) Neptunus per se ipsum iuret in Aristophan. l. l. v. 1613. Denique verborum ἱερὰ κύματα duplex datur explicatio. Nam ἱερὰ sunt *vel* μεγάλα (vt in Hippolyt. vbi v. 1206. κῦμα ἱερὸν per statim sequens ὑρανῷ στηρίζον explicatur, quod est: ad coelum vsque pertingens fluctus —) *vel* eatenus ita vocantur, quatenus a Neptuno fluctus concitantur, vtpote a Deo, quemadmodum recte in l. l. Euripidei Hippolyt. accipi posse iam Valckenarius ad l. l. monuit, fluctus enim ibi a Neptuno erant concitati, vt filius (Hippolytus) patris diris interiret. vid. Suid. in voc. ἱερόν. (vnde Suid. ἱερῶ, θεῖα ἢ τοι μεγάλα. Nam quidquid praeclarum ac ingens haberi volebant veteres, id ἱερὸν appellabant (vid. Erasm. in Prouerb. *Sacer piscis*) vnde ἀγῶνες ἱεροὶ, dicebantur ludi Graecorum, *partim* quod in honorem deorum celebrabantur *partim* quia insigniores erant reliquis omnibus. conf. Cel. Rambach. ad Casaubon. Satyr. Poes. L. I c. 1. initium pag. 4. in not.) Quidni ergo etiam

h. l.

Digitized by Google

h. l. propterea sacri fluctus dici possunt, quia Neptunus in mari eiusque fluctibus habitare existimabatur? Nonne domicilium Dei sacrum est? Ita σεμνὸν πειρήνης ὕδωρ in Med. initio, nam σεμνὸν interdum idem esse cum ἅγιον, ἱερὸν, scimus, quemadmodum Salamis ἱερὰ dicitur in Euripid. Troad. v. 1096. ob Dianae templum, atque fere omnes insulae hoc epitheto ornantur, quia a Vett. pro sacris habebantur teste Schol. ad Pindar. Pyth. Od. 4. Stroph. 1. Neque igitur tam lepidum hoc mihi videtur, quod hic profert Silenus, quam illud, quocum contulit Cel. Beck. in Aristophan. Au. v. 194. vbi auis per retia, aut in Babrii fabula, vbi quis per omnia folia fontesque iurat (quanquam et hoc admodum frequens fuisse testatur Suidas, qui monet, quosdam πρὸς λάχανα (scribendum potius cum Porto et Kustero λαχάνων) iurasse, εὐορκίαν ἐπιδεικνυμένους. vid. eum in voc. Ῥαθαμάνθου ὅρκος). Nam per domicilia Deorum iurare non lepidum mihi videtur! Bene igitur vertere possumus: per *sacros fluctus*; *sacer* enim, Latinis locus dicitur, vbi Deus habitat, vel qui Deo dicatus et consecratus est, quin de eo, quod est in suo genere magnum, augustum, vnde errores vatum *sacri* in Sil. Ital. v. 100. vbi vid. Heins. Copiosissime de v. ἱερὸς, et iis quae huc pertinent, egit Spanhem. ad Callimach. Hymn. Apoll. v. 112. pag. 117. adde Coel. Rhodigin. Lection. antiq. Lib. XII. c. 12. ἰχθύων γένος, quod subest Neptuni imperio.

v. 265. s. ἀπόμνυμι, i. q. ὄμνυμι, cum quo permutatur in Homer. Od. β. v. 373. coll. 377. vbi est ὅρκον ἀπομνύειν, pro quo v. 378. simplex ὀμνύειν legitur. Schol. ad v. 377. notat, ἀπόμνυμι esse ἀποφατικῶς dictum eique contrarium ἐπόμνυμι, quod etiam versus 373. confirmat, vbi Telemachus dixerat ὅμοσον μή — sequente Infinitiuo. Eustathius ad Odyss. β. p. 1450. ἐπόμνυσθαι μέν ἐστι τὸ καταφατικῶς ὀμνύειν. ἀπόμνυσθαι δὲ, ἐν ὅρκῳ ἀποφάσκειν. Suidas: ἀπομόσαι καὶ κατομόσαι, τὸ μὲν, ἀρνητικὸν, τὸ δὲ, καταφατικόν. Ergo prius est: rem iureiurando negare, alterum, rem iureiurando affirmare. Κυκλώ-

πιον,

Digitized by Google

πιον, quam facete et ridicule! Cyclops immane monſtrum (diminutiuo) Κυκλώπιον vocatur. Eodem modo in ſequenti verſu δεσποτίσκον nominatur, conſtat autem diminutiua vſurpari blandiendi vel contemtus cauſa, vel εἰρωνικῶς, vt h. l. accipit Barneſ. Malo priorem ſignificationem recipere. Infra autem v. 315. vbi Cyclops Vlyſſem ἀνθρωπίσκε compellat, contemtus cauſa id facere exiſtimandus eſt. Ibi conf. Barneſ. ἐξοδᾶν, i. q. ὀδῆσαι ſupra v. 98. et 133. i. e. vendere. Vnde Heſych. habet ἐξοδῆσαι ab ἐξοδάω. Affinia ſunt ἐξοδία, ἔξοδος, cf. Valckenar. ad Herodot. p. 339. Neque eſt quod de h. v. forma atque vſu dubitet Stephanus, quem iam refutavit Barneſ. ad h. l. τάδ', ſic Ald. Stiblin. Florent. et Barneſ. Verum MSS. E. G. apud Musgrav. legunt: τἀ σ', lectio haud dubie ex v. 259. eſt orta. Sed in v. 231. etiam ſimpliciter eſt τἀ χρήματα, non addito σά, quod non eſt neceſſarium. Iam vero ſequi debebat ἐμέ, ſed h. l. eſt ἐγώ, quippe Graeci interdum etiam nominatiuum (atque alias Genitivum et Dativum) Infinitiuo iungere ſolent, prout antecedens nomen ad quod refertur poſtulat. Demoſthen. ad Calipp. pag. 1239. ed. Reisk. ἤθελον — ἢ μὴν ἐγὼ τῆ πατρὸς ἀκύρει, pro ἐμέ. Caſus in h. noſtro loco, a Nominatiuo pendet, qui latet in ἀπώμοσ' v. 265. De Hellenismo etiam in linguam latinam recepto vid. Sanctii Minerua p. m. 427. ſſ. ed. Perizon. et Vechner. Hellenolex. Neque cum Heathio, ſoloecismum, Sileni perſonae congruum, h. l. a poëta *conſulto* eſſe adhibitum, exiſtimauerim. Ipſe Henr. Stephanus in Gell. Lib. IV. c. 11. non animaduerſo Hellenismo, ſoloecismum agitabat. vid. Sanctii Minerv. et Perizon. l. l. item Zeun. ad Viger. p. 197. ſ.

v. 267. ſ. ξένοις τἀ χρήμ. Stiblin. ed. atque Aldin. ξένοισι, quam bene H. Stephan. in ξένοισι mutauit, quamque ipſe praefero noſtrae ξένοις τἀ, quae etiam in ed. Florent. reperitur. ἢ κακῶς — ſcil. εἰ δ' ἐγὼ ψευδῆ λέγω (vt v. 270.) vel εἰ ψεύδομαι (v. 260.) εἰ δ' ἐγὼ ἤθελον ἐξοδᾶν τἀ σἀ χρήματ' ξένοις. — *Male*

Digitized by Google

*Male pereant filii.* — Ingenioſe Musgrauius legere mauult κακοὶ, ac ſane hoc cum ſequenti melius quadrat ὡς μάλιστα ἐγὼ φιλῶ, comiceque eſt dictum, Silenus *pulcerrimos*, quos valde diligit, filios, *male perire* iubet. — Sed tamen comica ſententia manet, ſeruata lectione vulgata κακοὶ, lepidum enim videtur κακὼς παῖδας — μάλιστα φιλεῖν, atque frequens haec verborum iunctura eſt, v. c. Ariſtophan. Plut. v. 880. τὰς συκοφάντας ἐξολεῖ κακὰς κακῶς et ſaepius, quin et in N. T. Fortaſſe illud κακοὶ non anxie eſt premendum, quod in vita communi ſaepe fieri obſeruamus. — (*Die infamen — loſen — Jungen's —*).

v. 269, αὐτὸς ἔχ'. Ipſe te reprime, *vel* mane nosque audi — *vel denique*: recipe in te ſc. diras — *behalte die Flüche für dich.* Brumöus: *Taiſez vous.* Preuoſtus: *Garde les imprecations pour toi.* Scaliger explicat: ὡς κεφαλὴν σοί. Florens habet: ἐαυτὸς ἔχ', ideinque putat hunc chorum ex Ithacenſibus eſſe, non Satyris. Reiskius legit: αὐτόσ' ἔχε, αὐτόφι tunc eſſet aduerbium, *ibi.* Idem pro ἐγὼ ὅ, quod eſt in vet. ed. Ald. Stiblin. legit ἐγώ γ' ὅ cum ſigno interrogationis poſt εἶδον. *Ego vero ante non vidi?* — Caſaubonus formulam hanc imprecandi mala αὐτὸς ἔχε ita aliter concipi monet: ὡς κεφαλήν σοι, quo nihil frequentius apud poëtas occurrere putat. Vulgo, idem notat, male intelligi, neque aſſentitur Cantero, qui corrigit αὖτως. Sed Stephan. emendat ἔγωγε, quod etiam in ed. Barneſ. et Florent. Chriſt. reperitur. *Ego ipſe te vidi hoſpitibus res illas vendere.* Reiskii emendatio placet: *Nonne his oculis vidi?* — Sed prius αὐτὸς ἔχ' ſine neceſſitate cum eo corrigere nolo.

v. 270. ſ. περιάντα (male ed. Ald. et Stiblin. περάντα), i. q. περιέχοντα (vid. Heſych.), vnde πόρη, proſtibulum, quatenus quaeſtum corpore facit, atque πωλῶν hoc ſenſu apud Demoſthenem legitur, vt Didymus obſeruat, teſte Suida, qui ſua ex Harpocratione deſcripſit.

v. 272. ſ.

Digitized by Google

v. 272. *f.* τῶδε, sic ed. Florent. Stiblin. et Aldin. et Brodaeus, qui Vlyssem sub Rhadamantho intelligi putat. Sed de Sileno aperte loquitur Cyclops (vt monet Barnesius) qui ea ingenii crassitudine erat, vt Sileno, qui iam ipsum deridendum propinabat, et vel centum dominos pro vnico vini hausto permutare voluit, magis aequi bonique studiosum voluit credere, quam ipsum inferorum iudicem. Idemque Barnesius assentitur Cantero, qui τῷδε pro τῶδε substituit (nescio an satis accurate; nam, vt ex sequentibus patet, Canterus coniecit τόνδε, non autem τῷδε) nequaquam autem Duporto, qui pro πολλῷ πέποιθα legit πέποιθα πολλά, atque Barnesium sequitur Musgrauius. Sed MSS. Stephan. habent: τόνδε, vt etiam Canterus cum Florente iam coniecit, quod Reiskius probat. Idem sequentia ita transponit: πολλῷ πέποιθα κἀγὼ λέγω δικαιότερον, *ego vero persuasus sum et edico, hunc Silenum esse multo iustiorem, quam ipse Rhadamanthus est.* Musgrauius: πλείῳ, Ed. Ald. et Mf. G. πολλά, MSS. Steph. πολλῷ πέποιθα, Ed. Stiblin. et Ald. habet πέποιθα, *ego multa ab hoc Vlysse incommoda percepi, qui nunc Rhadamanthum*, i. e. *virum iustum ac integrum agit.* Sic Brodaeus sensum expressit, sed praefero πέποιθα, magis contextui aptum. Caeterum illud πολλῷ, vt ex ante dictis patet, referri potest ad δικαιότερον, vel subintelligendum est μᾶλλον, quod saepius omitti constat. v. Viger. pag. 404. Preuostus: *Je me fie à ce juge — là beaucoup plus qu'a R. et je soutiens qu'il est plus juste et plus équitable que lui.* λέγω est: *pro iusto, innocenti declaro, pronuncio.* Pro λέγω, Florens mauult λέγειν, sed Scaliger λόγῳ. Ῥαδαμάνθυς, Iouis ex Europa filius (Diodor. Sic. L. V, c. 79.) Minois frater (Homer. Il. ξ. 322. vbi etiam vocatur Ῥ. ἀντίθεος.) Lyciaeque rex, inferorum iudex (Apollodor. L. III. c. 1. §. 1. 2.) sed in Virgilio Aen. Lib. VI. v. 566. non tam est iudex, qui causas capitales persequitur, (cuiusmodi Minos erat ibid. v. 432.) sed qui iudicum sententias exsequitur, supplicium sumit, et de inferioris conditionis hominibus furti etc. reis ipse cognoscit. vid. Heyn. V.



Digitized by Google

Summ. ad l. l. Schol. ad Ariſtophan. Au. (p. 566.) haec notat: Ῥαδάμανθυς δοκῶ διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν δικαιότατος γενεσθαι πάντων ἀνθρώπων. λέγεται δὲ αὐτὸν πρῶτον εὑρεῖν ὅρκους ποιῆσαι κατὰ τῶν θεῶν, ἀλλ' ὀμνύναι κελεῦσαι χῆνα καὶ κύνα καὶ κριὸν καὶ τὰ ὅμοια. Hinc Ῥ. ὅρκος, tale iusiurandum vocabatur. Hinc Iudicium Rhadamanthi et Graecis κρίσις Ῥαδαμ. de ſeuero et incorrupto iudicio, (cuius exempla multa, cum in viuis adhuc eſſet, exhibuerat. v. Pindar. Pyth. 2, 133.) aut de iis, vt cum Suida loquamur, quorum iuſtitia teſtata atque explorata eſt omnibus, dicitur.

v. 274. ſ. ἔρεσθαι, ἐπερωτᾶν. ποδαποὶ, cuiates eſtis. Sic Plat. Apolog. τίς καὶ ποδαπὸς ἔστι. ἐκπαιδεύειν de equis dicitur qui domantur, (*die zugeritten werden*) hinc educare, ſi de hominibus adhibetur, atque idem quod ſimplex παιδεύειν, quod Suid. per παιδοτροφῶν reddidit. ἐκπαιδεύεσθαι, creſcere. *Wo ſeyd ihr aufgewachſen.* Sic etiam Preuoſtus intellexit, verum Brumöus: q. v. *vous à donne la naiſſance?* Caeterum ſimilis loquendi ratio eſt in Coluth. Rapt. Hel. v. 260. Ἑλένη, πόθεν τελέθεις; ἑρατὸν γένος, εἰπέ τε πάτρην, atque in Ion. c. 1, 8. Ἀπάγγειλον ἡμῖν, τίς σε ἡ ἐργασία ἐστὶ, καὶ πόθεν ἔσχες, καὶ ἐκ ποίας χώρας, καὶ ἐκ ποίου λαοῦ εἶ σύ: De hac ignotos appellandi ratione vid. Burmann. ad Petron. c. 124. et Caſaubon. ad Theophraſt. Charact. pag. 348. et nos in Specim. Curarum in Graec. verſion. Ionae l. l. ſecundo; adde Sophocl. Philoct. v. 220. ſſ. coll. 239. ſ.

v. 276. ſſ. τὸ γένος, genus quod attinet, Ithaca ſumus oriundi. πέρσαντες (in ed. Stiblin. πέρσαντας) i. e. ἥκομεν δὲ ἀπὸ ἄστεως Ἰλίου, ἐπὶ τοῦτο ἐπέρσαμεν. πέρθειν, πορθεῖν, λαμβάνειν, ἑλεῖν. ἄστυ, ipſum Ilium, quemadmodum Athenienſes vrbem ſuam κατ' ἐξοχὴν ἄστυ vocabant. v. Euſtath. Hom. Il. β. 803. et alibi. πνεύμασι θαλασσίοις, Homero in Od. ι, l. l. ἀνέμοισιν θαλάσσης, nam πνεῦμα i. q. ἄνεμος, vt etiam Etymolog. M. explicat, vid. Cel. Erneſt. Gloſſ. ſſ. Suid. v. πνεῦμα, quod

Digitized by Google

quod eodem modo in Ioh. 3, 8. legitur. Sic etiam in LXX. virali verſione Ion. I, v. 4. μέγα πνεῦμα et Exod. 14, 21. βίαιον πν. ἐξωθέντες, ἐξωθοῦσθαι, i. q. ἐκβάλλεσθαι, ἐξορίζεσθαι, ſupra v. 111. ἀποσέλλεσθαι et v. 109. ἀναρπάζεσθαι ὑπὸ θυελλῶν ἀνέμων, vom Sturm an einen Ort verſchlagen werden, Homer. l. l. παντίοις ἀνεμ. θαλ. Τροίηθεν ἀποπλαγχθέντες ἤλθομεν.

v. 279. ſ. ἢ τῆς (τῆσ in Ed. Flor.) κακίσης — num vos illi eſtis qui nefandae Helenae raptus perſequuti eſtis — (Reisk. qui poenas ſumſiſtis ab vrbe Ilii ob raptum Helenae). Nimirum poſſumus haec verba ſic coniungere, vel: οἳ μετήλθετε τὰς ἀρπαγὰς Ἑλένης εἰς πόλιν Ἰλίου, vel: οἳ μετήλθετε τὴν πόλιν κ. λ. διὰ τὰς ἁρπαγάς, ἢ ἕνεκα τῆς ἁρπαγῆς. μετέρχεσθαι eſt, aliquid ſummo ſtudio quaerere, aſſequi, (Ael. V. H. VI, 10. Lib. Sapient. 14, 30.) vel ad repetendum redire. Xen. Cyrop. VI, 3, 1. Med. v. 5. μετῆλθον δέρας, ad q. l. vid. Interprett. cf. Phauorin. in v. μετελεύσομαι. Hinc omnino vindicare, vlcisci, κακὸς mox de ignauo mox de vitioſo, turpi homine dicitur, h. l. das ſchändliche Mädchen — die Hure. πόλιν, ſubint. πρὸς, ad vrbem Troiam, Scamandro (qui eſt fluuius Troiae ex Ida monte et Simois decurrens Segeſtamque praeterfluens, quem Veteres, ex Homero Dii, Xanthum vocabant) vicinam.

v. 281. ὅτοι hi ipſi ſumus. ἐξαντλᾶν, vid. ſupra ad v. 1, et 10. δαὶς autem dicitur, quidquid in ſuo genere eſt graue, hinc h. l. periculoſum, vid. Perizon. ad Ael. V. H. init. τὸν, ἐκεῖνον. πόνος autem h. l. (vt *labor* Latin. vid. Cort. ad Salluſt. Catil. 7, 4. pag. 50.) de aerumnis bellicis, cf. infr. v. 340. et quae ad v. 1. ſupra diximus.

v. 282. ſ. στράτευμα, i. q. στρατία, quod Suid. vertit per ἄξίωμα, militia, expeditio, vt Xenoph. Exped. Cyr. III, 1, 9. στρατία enim eodem Suida teſte differt a στρατιᾷ, hoc enim dicitur de exercitu, qui vnius ducis imperio ſubeſt. Caete-



Digitized by Google

rum etiam στράτευμα de exercitu adhiberi, e Xenoph. Exped. L. I, 2, 18. constat. Ammonius: στρατιὰ, ἐκτεταμένως τὸ πρᾶγμα· στρατιὰ συνεσταλμένως, τὸ τῶν στρατιωτῶν πλῆθος. ἐναλλάσσει δὲ πολλάκις ἐν τῇ χρήσει. Postremam obseruationem confirmat Photius in Lex. Ruhnkenio laudatus ad Timaeum pag. 171. atque denuo citatus Brunckio ad Comici Lysistrat. 592. — Eadem Graecis obiicit noster in Iphigen. Aul. et Orest. atque alibi passim, nec non Herodotus Historiar. L. I. Ac simili modo Noster in Troad. Act. II. med. dicit de Achaeis: οἳ διὰ μίαν γυναῖκα — θηρῶντες Ἑλένην, μυρίους ἀπώλεσαν.

v. 284. f. *Deus iratus nobis hoc iniunxit mandatum, noli igitur culpam homini mortali imputare.* αἰτιᾶσθαι, alibi accusare, deinde reprehendere, Xenoph. Cyrop. III, 1, 39. Med. v. 605. μηδεὶ' ἄλλοι αἰτιῶ. — Scaliger: Θεῦ τὸ πρᾶγμα, retrahe huc duodecimum versum, et ita continua:

Ὀδυ. δύσφορά γ' ὀνείδη Φρυξὶν ὡς ἐδώκαμεν.
Θεῦ τὸ πρᾶγμα· μηδεὶ' αἰτίῳ βροτῶν.

Ita: *nos ipsi sumus, qui Troiam vastauimus. Sed non nostrum est factum, quod tot δυσφόρητα ὀνείδη Phrygibus dedimus; sed Deus in causa est, qui ita decreuerat.* Quis non miretur hunc versum hinc tam procul submotum? ἡμῶν (male ὑμῶν in ed. Stiblin. quod etiam Florens in exemplari inuenit, pro quo potius legit ἡμῶν). — Θεῦ ποντίου, Neptuni, vid. ad v. 261, et 230. atque de voc. γενναῖος, quae supra v. 41. monuimus. ἱκετεύω, pro supplicum more rogare, veniam vel misericordiam petere, opem implorare verbis. vid. Suid. in v. ἱκετεύω. Hinc simpl. rogare, vt Isocrat. Euagor. c. IV. init. Nam ἱκέτης est ὁ δυλοπρεπῶς παρακαλῶν, καὶ δεόμενος περὶ τινὸς ὁτουῦν. Suid. λέγομεν ἐλευθέρως, λέγομεν redundat, suppliciter libereque — (vt liberos homines decet) rogamus. μὴ ἐλῇς — κτανεῖν, *ne mori patiaris socios — ne interficias.* φίλους, i. e. ξένους, *vel,* qui tibi beneuoli sunt. Illud κτανεῖν vberius exponitur per sequentia: βορὰν — θέσθαι. δυσσεβὴς dicitur βορὰ, vt supra δεῖπνον ἀνόσιον, quatenus nefandum, contra

ius

Digitized by Google

ius et fas erat, homines deuorare. Nam θέσθαι γνάθοις eſt circumſcriptio verbi κατεσθίειν vel θοινᾶσθαι ſupra v. 218. 247.

v. 289. Iam argumenta affert Vlyſſes, quibus inhumanum Cyclopem mouere ſtudet. ὦ 'νάξ, quomodo differat ab ὦ ἄνακ vid. in Phauorin. vid. Alceſt. 220. Herc. fur. 820. *Noli interficere eos qui templum aedificarunt, vt ibi pater habitaret*, i. e. *in honorem patris tui, vt ibi coleretur.* ἰδρυσάμεθα, ſic MSS. Stephani, Ed. Aldin. et Florent. et Brodaeus. Verum ed. Stiblin. habet: ἀφυσάμεθα, quod Reiskius ipſe probat, i. e. *eripuimus te periculo amittendi templa a Troianis, aſſeruimus tibi poſſeſſionem templorum.* Retineo vulgatam, quae optime contextui apta eſt, atque v. 317. confirmari videtur. Etiam alibi apud noſtrum de templo h. v. ſic legitur. Hippolyt. v. 31. ἐγκαθίσατο τῇδε γῆς ναόν, v. 33. pro eo vſurpatur voc. ἰδρύεσθαι. Nam ἰδρύεσθαι ſ. καὶ ἕζειν, collocare domum, vt nos: *ein Haus hinſetzen* — fundamentum ſ. ſedem ponere. ναῶν (male νοῶν in ed. Stiblin.) *templorum ſedes* — quam verſionem reprehendit Vir quidam doctus, monetque eſſe exprimendum per: *nauium ſtationes*, quod ſequentia doceant et v. 317. niſi ſit in ſcriptura potius vitium, legendumque νεῶν pro ναῶν. — Sed ναῶν de nauibus aeque ac templis dici poteſt, neque igitur eſt quod corrigamus. Nam voc. ναῦς Genitiuum etiam format ναῶν. Caeterum alias templum vocatur ἱερόν, quod tamen differt, vt ex N. T. profanisque SS. copioſe demonſtrauit Kypk. T. I. Obſſ. SS. pag. 136. ſ. μυχὸς, dicitur de interiori parte alicuius rei, hinc μυχὸς λιμένος, interior receſſus portus apud Thucyd. L. VIII. c. 4. pag. 449. et ibid. c. 52. pag. 479. ed. Ducker. vid. Pollux Onomaſt. I. Segm. 102. pag. 71. ed. Hemſterhuſ. Sic μυχὸς, ſinum maris notat in Strabon. vid. Walther. Animaduerſſ. Hiſtor. et Crit. Vnde receſſus antri in Euripid. Hecuba, atque ommino conclaue ſ. penetrale domus ita nominatur. conf. infr. v. 296. Si nomen Subſt.



Digitized by Google

vel adiectiuum locale non additur, ἐν μυχοῖς χθονὸς alio sensu vsurpatur. vid. Markland. ad Suppl. 545.

v. 291. Taenari nomen est oppidi, portus, ac promontorii Laconiae, de quo supra ad v. 18. plura diximus. Ab hoc promontorio incipit sinus Laconum, vid. Strabon. L. VIII. pag. 250. qui monet τὸ μὲν Ταίναρον esse ἀκτὴν, (promontorium) (Pausanias Lacon. c. 25. ἄκραν vocat) ἐκκειμένην, τὸ ἱερὸν ἔχουσαν τοῦ Ποσειδῶνος ἐν ἄλσει ἰδρυμένον. Atque Pausanias l. l. addit: esse in illo promontorio templum ναὸν εἰκασμένον σπηλαίῳ καὶ πρὸ αὐτοῦ Ποσειδῶνος ἄγαλμα. vid. eundem c. 12. pag. 182. ed. Hanov. Adde Pompon. Mel. Lib. II. c. 3. v. 128. Cornel. Nep. in Vit. Pausan. c. 4. §. 4. Fanum Neptuni est Taenari, quod violari nefas putant Graeci. Antiquum nomen fuit, Taenarus, sed nouum Caenepolis (Neapolis) vt Pausan. l. l. scribit atque Procop. B. Vandal. L. I. c. 13. Ibi fauces inferorum fuisse, Herculemque Cerberum inde deduxisse fabulatur antiquitas. Quia scilicet ibi ingens erat hiatus, et progredientium strepitus obseruabantur, Veteres hic descensum ad inferos esse statuebant. vid. Suid. qui locum ex Aristophan. Acharnens. 510. laudat, vbi Neptunus, ὁ ἐπὶ Ταινάρῳ θεὸς Taenari Deus vocatur, ad quem vid. Schol. ex quo sua habet Suidas in v. Ταίναρον. vnde apud Propertium *Taenarius Deus*, quem citat Brodaeus ad h. l. et *Taenariae fauces* in Virgil. Georg. IV, 467. vbi tamen Ill. Heynius, nescio quonam argumento, Taenarum promontorium in Malea esse iubet, cum ex Strabone Lib. VIII. pag. 250. pateat, Sinum Laconicum inter Taenarum et Maleas situm esse. Vid. etiam quos laudauimus supra in not. ad v. 18. de Malea. Omnino de Taenaro oppido ac templo Neptuni docte et copiose disserit Meursius L. IV. c. 11. Laconicor. Miscellan. pag. 289. ff. ἱερός τε Ταινάρου λιμὴν μέσει ἄθραυστος, sic haec verba sunt construenda — ἱερός τ' ita in MSS. Stephan. nec dissentit MS. E. apud Musgrav. Sed ed. Ald. et Stiblin. et Mf. G. a prima manu legunt: ἱερόν τ'. ἄθραυ-

Digitized by Google

ἄθραυστος, ἄκλαστος, ἰσχυρός, vt Suid. interpretatur ἀπρόσκοπος, i. q. postea 293. v. σῦς, vnde μένει h. l. bene pro ἐστί.

v. 292. f. κευθμῶν, latibulum, de quo copiose egit Schol. ad Hecub. initium. Suidas dicit esse κευθμῶνα locum subterraneum. *Sunium* (Ptolemaeo ἄκρον, vt Aristophan. Nub. 400. ἄκρον Ἀθηναίων) est promontorium et emporium Atticae testibus Strabone L. II. pag. 63. et Liv. L. XXXII, c. 17. vbi etiam eiusdem nominis vicus memorabilis erat, monente Strabone L. IX. (vid. Interprett. ad Terent. Eunuch. I, 35.) indeque Athenienses (quod iam e Plutarcho et Thucydide discimus) petere solebant ἀργύρου μέταλλα (vid. Pausan.) hinc statim in nostro loco sequitur ὑπάργυρος πέτρα, rupes quae metallis argenteis scatet, vid. Brodaeus ad h. l. ὑπάργυρος dicitur locus qui venas argenteas continet, vt Xenoph. Vect. I, 5. IV, 2. Vnde Thracia ὑπάργυρος χθών, quia celebris erat metallis. vid. Diod. Sic. — et Musgrav. ad Troad. 973. „Σουνίς, legendum Σουνίῳ, vid. R. Bentlei. ad Callimach. La„vacr. Palladis v. 28. Neptunum, vt intelligas Sunii cultum „fuisse, Σουνιάρχαι vocat Aristophan. Equitt. v. 507. 560. vbi „Scholiastes: Σουνιάρχαι δὲ, ᾧ ἐν τῷ Σουνίῳ ἀρῶνται καὶ εὔχονται. „Ibidem Mineruae templum erat, teste Pausania in initio „Atticorum, vnde et discimus, Sunio contiguam fuisse ce„lebrem illam Laurii argenti fodinam, de qua Xenophon li„bro περὶ πόρων.“ „De templo Neptuni asylo apud Taena„rum vid. Polyb. pag. 567. (ed. Casaub.) A. Plut. Sympos. „Monendus est lector, per parentheſin dicta esse omnia ab „initio huius versus vsque ad vocem καταφυγαὶ, perperam„que adeo plenam distinctionem post μυχοῖς collocari. Μα„λέας, Pausan. p. 106. l. 20. πλέουσι δ' ἐκ Βοιῶν, τῶν ὑπὲρ τὴν „ἄκραν τῆς Μαλέας, λίμνη (forte λιμὴν) ἐστὶν ὀνομαζόμενον Νυμ„βαῖον (forte Νυμφαῖον) καὶ Ποσειδῶνος ἄγαλμα ὀρθόν. ἄκροι quid „hic faciat, minime equidem intelligo. Legendum forte „ὄχοι, κευθμῶνες, ex Homer. Odyss. ε, 404.“ *E notis Musgravii.* Μαλέας quod attinet, plura monuimus supra ad v.



Digitized by Google

18: et paulo antea. ἄμμες autem quid hic faciat, quomodo epitheton ornans h. l. esse possit, bene intelligi posse videtur. Δίας Αθήνας, pro θύας, ἐκ Διὸς γεννηθύσης. Sic vocatur Heraclid. 850. et 1031. vbi recte cum Cantero et Scaligero Barnesius pro Δίκας recepit Δίας. σῶς, i. q. σῶος, ὁλόκληρος, illaesus, integer, incolumis, dicitur de eo quod suis adhuc partibus constat. vid. Suid. in v. σῶι, et σῶς.

v. 294. *Geraestus*, portus est Euboeae nobilis, vt patet ex Homer. Od. γ. v. 177. et Liv. L. XXXI. c. 45. vid. Suid. Plinio, Geraesti nomen, est promontorii Euboeae, cui oppidum cum portu eiusdem nominis subiacet. Locus est Neptuno sacer. vid. Strab. L. X, quem notauit Brodaeus cum aliis scriptoribus, vnde sua habet Musgrav. ad h. l. vid. Schol. ad Aristophan. Equitt. v. 508. (Hinc etiam Neptunus nominatur γεραίστιος, ibid. v. 561.) Etymolog. M. γ. Γέραιστος et γέραστος, et Barnes. ad h. l. n. καταφυγαὶ, receſſus (quemadmodum v. 196. supra) vbi quis refugium tutum habet, vbi neminem laedere licet, i. q. ἄσυλοι. τὰ δ' Ελλάδος, Scaliger: τᾶς δ' Ἑλλάδος.

v. 295. δύσφορά γ'. Mſ. G. apud Musgrav. δύσφορόν γ'. Retineo vulgatam. δύσφορον, i. q. χαλεπὸν, graue probrum. ὄνειδος dedecus ob raptam a Troianis Helenam nobis illatum. De raptu Helenae varii extabant apud Graecos ipsos mythi, vid. Herodot. L. II. 112. ſſ. atque inprimis quae Vir quidam doctus in singulari disputatione explanauit: *Difference des traditions sur Hélene et sur la guerre de Troie, in Hiſtoire de l'Academ. d'Inſcriptions*, 29, 45. ſſ. Causam secundariam belli nominat hic Poëta, sed constat primariam belli causam fuisse eiectionem Pelopidarum familiae ex Asia, atque inueteratum sed in Argonautarum expeditione redintegratum odium inter vtramque peninsulam. Herodot. Lib. I. 3. ſſ. 2, 120. ὄνειδος est vox. μέσον, quod in bonam malamque partem vsurpatur, neque tantum dedecus, iniuriam, opprobriu m,

Digitized by Google

brium, vt h. l. sed etiam decus, gloriam significat. Ita noster h. v. vtitur in Phoenn. v. 1722. vbi Schol. per κλέος interpretatur. Ibid. v. 828. legitur ὄνειδος κάλλιστον. Ibi Schol. ἔστι τὸ ὄνειδος τῶν μέσων λέξεων, ὡς καὶ τύχη, καὶ δῆλος, καὶ ζῆλος. ὄνειδος, κλέος, ἐγκώμιον. vid. Etymol. M. (vbi et ipse Euripides in Phoenissi. laudatur,) nec non Stanlei. ad Aeschyl. Sept. adv. Theb. v. 541. Vnde Sophocl. Philoct. v. 493. ὄνειδος ὑ καλόν. Schol. ad Phoenn. v. 1670. ἐξονειδίζων ἐπὶ τῷ κλέψαι ἥλιπτον αὐτὶ τῦ ἐκλείσαι καὶ ἔνδοξον ἐποίησε, τὸ γὰρ ὄνειδος καὶ ἐπὶ ἀγαθῦ τάττεσθαι δύναται. Simili modo κλέος sensu malo vsurpari docet Muret. in Var. Lect. L. VI. c. 18. vid. Musgrav. et Cel. Beck. ad Bacch. v. 651. Caeterum insignior hic est Anachronismus, Vlysses enim vtitur voc. non vsitato tempore Homeri. vid. Thucydid. L. I. init. (Omnino de Asiae minoris Graeciaeque inprimis populis, coloniis, earumque nominibus, rebusque gestis breuiter grauiora exposuit Cel. Beck. in egregio opere: *Anleitung zur Kenntniß der allgemeinen Welt- und Völkergeschichte für Studierende. Erster Theil.* (Lipsi. 1787.) *Dritte Periode.* §. 12. 15. 16. 19. 22. vbi in notis adiectis fontes, e quibus ista omnia illustrari possunt, grauissimi atque vberrimi recensentur.) Sed exempla eius rei plura recurrunt apud nostrum, vt statim v. 296. Cyclops certe non erat Graecus, Graecia enim longo tempore post Laestrygonum et Cyclopum imperium plerasque colonias in Siciliam misit, vid. Thucydid. L. VI. et Brodaeus ad h. l. Cel. Heyn. Commentationes (15) de rebus publicis magnae Graeciae et Siciliae deque earum legibus et institutis. Goetting. 1777. eiusdemque Supplement. Comment. de rebus publicis Graeciae M. et Ill. Castelli, Princip. Torremutii, Siciliae et obiacentium insular. veterum inscription. collectio etc. Panormi 1784. Atque si subtiles esse volumus diligentesque in exemplis eiusmodi indagandis, possumus etiam allegare locum ex Hippolyto, vbi de aedificiis summa cum arte exstructis sermo est, quasi tempore Hippolyti aedificia eiusmodi adfuissent, quorum exemplo vti potuisset



Digitized by Google

Hippolytus in alleganda illa ſententia graui ac vera. Sic Euripides in Suppl. v. 647. de tropaeis loquitur quae Eteoclis aetate ignorabantur (vid. Schol. Aeſchyl. S. c. Theb. 282.) Idemque in Bacch. 201. Tireſiam verba proferre iubet, quae certe non Tireſiae tempora reſpiciunt, nec inter Bacchi orgia quadrant. vid. Musgrav. ad l. l. Sic pontum quendam Noſter vocat εὔξεινον, qui nominandus erat ἄξεινος tempore quo Pylades et Oreſtes illuc appulerunt, diſerte monente Lucian. Toxar. et Strabon. L. VII. p. 458. qui etiam Homeri aeuo idem nomen manſiſſe refert, neque in εὔξεινον mutatum eſſe, donec Iones aliquot vrbes ibi condiderunt. vid. Markl. ad Iphig. Taur. v. 125. Eodemque modo apud Sophoclem eiusmodi prolepſin reperimus, in v. 682. ſſ. coll. 700. ſſ. vbi Oreſtis educator, Clytaemneſtrae ſimulat mortem Oreſtis, omnemque eius hiſtoriam narrat, ibi inter alia dicit haec: cum nuper Graecia congregata eſſet propter ludos heroum ſplendidos, etiam Oreſtes, quippe delphico praemio incitatus aderat. — Sed tempore Oreſtis hi ludi conſtabant carminibus in Apollinem, quibus inter ſe inuicem certabant. Olympiade demum XIX. (Pauſania L. IX. c. 7. teſte) curruum certamen introductum eſt, (vid. *Gedoyn Memoires de l'Acad. d'Inſcript.* 8, 314. ſſ. 9, 360. atque *de la Barre*, ibid. 9, 376. ſſ.) vnde et ipſe Ariſtoteles in Poëſ. L. c. 25. Sophoclem in l. l. reprehendit. Neque eſt quod cum Fabro (in Agoniſtic. c. 25.) contendamus, hiſtoriographos quidem de Pythicis, verum Sophoclem de delphicis ludis loqui, cum ex locis Pauſaniae et Ariſtotelis citatis recte Cl. Steinbrüchel (*Theater der Griechen.* Sophocl. pag. 44. l.) apparere monuerit, nullo fundamento hanc Fabri diſtinctionem niti. Sed haec ὡς ἐν παιδιᾷ. οὐκ ἐδώκαμεν, nos fere ſimili ratione dicimus: *Wir haben's ihnen nicht geſchenkt, vlzi ſumus, vindictam ſumſimus, defendimus nos.* δίδωμι ex vſu Hebraici נתן ita in Graeca verſione V. T. atque in N. T. vſurpari nemo neſcit. vid. Matth. 23, 35. 27, 25. coll. Ioh. 2, 19. Ion. 1, 14. Vorſt. Philol. S. 1, 19. Musgrauius legi poſſe

Digitized by Google

posse iudicat ἀντεδώκαμεν, si is vsus verbi δίδωμι Graecis ignotus sit, laudatque Lucan. Pharsal. VI, 58. et Statium in Lib. VII, 557. vbi donare pro condonare hoc sensu legitur. Sed vid. Markland. ad Lysi. pag. 545. Barnesius: *eò συνεγνώκαμεν, eam iniuriam toti Graeciae illatam probe vlti sumus.*

v. 296. ff. κοινῇ, κοινωνῶς, Ion. v. 608. Musgrav. *Etiam tu huius facti, vtilitatis — aliquam partem habes, ad te quoque pertinent ista, quae pro Graecis defendendis fecimus, tulimus, passi sumus.* πυρίσακτος, *igniuoma* petra; ergo iam Euripidis tempore igniuoma fuit! Descriptionem igniuomae Aetnae reperies elegantem in Pindar. Pyth. α, 34. ff. et Virgil. Aen. 3, 570. ff. quos contulit Macrob. Saturn. L. XVII, c. 10. vid. etiam Orphicorum auctor Arg. 1249. Plura loca reperies in Cluuer. Sicil. antiq. L. I. c. 8. et Cerd. ad Virgil. l. l. Caeterum vix crediderim, iam tunc temporis, cuius meminit Euripides h. l. Aetnam fuisse πυρίσακτον, alioqui, quod iam Heynius V. S. ad Virgil. l. l. monuit, Homerus (Od. ι, 136. ff.) hoc naturae portentum silentio non praetermisisset. ἀποστρέφῃ. Ita Ed. Ald. et Stiblin. quod temere (vt Musgrauius censet) editores secuti MSS. Stephani, in ἀποστρέφῃς mutarunt (quod etiam legitur in ed. Florent.) fortasse propter antecedens κοινῇ. Heathius lectionem Stephani tuetur atque vertit: *Iuxta leges vero mortalium mens tua conuertatur, vt digneris supplices mala in mari passos ad colloquia tua admittere.* Egregie Reiskius facundiorem reddens Vlyssem ita legit: εἰ λόγῳς ἐπιστρέφῃ, *si modo legibus humanis rationem tuam aduertis, si vllam rationem habes legum humanarum.* Verum neque hoc sufficere monet Musgrauius, qui legendum scribit νόμοις δὲ θνητῶν, εἰ λόγῳς ἐπιστρέφῃ, *inter mortales institutum est, modo tu vllam argumentorum rationem habeas.* Alias εἰς λόγους ἀφικέσθαι, συγγενέσθαι, ἐλθεῖν, est: in colloquium venire mutuum. vid. Viger. l. l. p. 103. cui adde Beck. ad Aristophan. Au. v. 259. λόγοι, sunt etiam argumenta vtrinque in disceptando allata. vid. Musgrav. ad

Suppl.

Digitized by Google

Suppl. 417. *Conuertas te ad argumenta ex lege hominum, ſ. naturae. Recedas a moribus feris — ab inhumanitate*, hoc enim latere videtur in ἀπὸ, e quo verbum compoſitum eſt. Poſſemus fortaſſe etiam νόμου θητ. pro Genitiuo accipere adque λόγους trahere — argumenta e iure naturae ab humanitate deſumta audias, iisque moueri animum patiaris. *Höre die Stimme der Menſchlichkeit — laß dich durch ihre Gründe bewegen.* — Scaliger pro illis: νόμους δὲ θητοῦ ὡς λόγους ἀπ. habet: νομίμως δὲ θητοῦ ὡς λόφους ἀπ. (etiam Canteri editio per incuriam legit λόφους) et: νόμους δὲ θητῶν ὡς σοφὰς ἀπ, quarum priorem lectionem ſaniorem cenſet Barneſius, ſi modo etiam cum Duporto legamus ἐπιεικέως. (Sed vbi Scaliger iſtam legendi rationem protulerit, non intelligo.)

v. 299. Nunc ſequitur, quidnam ex iure naturae lege-que humanitatis poſtulare poſſint, δέχεσθαι ſc. ὥστε σε δέχ. ἱκέτας. Reiskius Infinitiuum huncce pendere ait ab omiſſo χρή. Saepius inprimis Attici Infinitiuo vtuntur pro Imperatiuo. vid. Hoogeuen. ad Viger. l. l. p. 202. adde Krebſ. ad Plutarch. de audiend. poët. c. 2. circa fin. p. 115. ed. vet. vbi copioſe de hac re egit. ποντίοις ἐφθαρμένοις, φθείρω eſt: perdere, corrumpere, calamitate vexare, h. l. de iis qui mari tempeſtate ſunt agitati atque res ad vitam neceſſarias amiſerunt. ἐν πόντῳ ἐφθ. *im Meer verunglückte — ſchiffbrüchige*, quemadmodum in Helen. v. 580. πλάστοι φίλοι φθείρεσθαι ἐκ νεὼς πόντῳ. Haud dubie etiam hic Vlyſſes male veſtitus in Scenam prodibat, quemadmodum alibi quoque nouimus ab Euripide heroas produci mendicos, pauperes et male veſtitos, quod etiam Comicus in Acharn. 412. 415. ludibrio habet, vbi vid. Scholiaſt.

v. 300. ξένια ſ. ξένια ſunt munera hoſpitalia quae pro more antiquo Veteres debebant hoſpitibus dare. ξένιον, δῶρον παρὰ ξένῳ διδόμενον. Suid. Sic in Xenoph. Cyrop. III, 1. 42. et Exped. C. IV, 8, 23. V, 5. 2. ξένια δῶνας l. χαρίζεσθαι apud

Digitized by Google

apud Archiloch. legitur, (quem vide in Suid. v. ξενίζω) i. q. ξενίζων. πέπλοις ἐπαρκέσαι, *mit Kleidern verſehen, aushelfen.* Nam πέπλοι, eſt περιβόλαιοι, teſtibus Suida et Heſychio, ἱμάτιον, amictus, veſtimentum) muliebre (vid. Hecub. v. 405. Oreſt. 280. Markland. ad Supplic. v. 110.) eique χιτὼν virorum opponitur; Euſtathius diſerte tradit, eſſe λεπτὸν ὕφασμα ἢ σινδόνα, χυρίως γυναικεῖον ἱμάτιον. Sed χιτὼν et πέπλος promiſcue adhiberi conſtat ex Xenophonte, Euripide, aliisque. Xenophon in Cyrop. III, 1, 13. de viri amictu, ſed 3, 67. de muliebri vſurpat. vid. Pollux VII. ſegm. 50. Noſter in h. l. de virili veſtimento adhibuit. Sic φᾶρος, quod apud Homerum de virili amictu dicitur, apud Euripidem in Oreſt. de feminea occurrit. ἐπαρκεῖν, alibi ſimplex ἀρκεῖν, Ion. v. 952. ſ. Gloſſar. interpretantur: *ſufficere*, ſed notat etiam adiuuare, opem ferre, ἐπ. τινὶ, ſic Hercul. fur. v. 324. Vnde Heſych. ἐπήρκεσεν, ἐβοήθησεν (Gloſſa videtur pertinere ad Xenoph. Memor. 2, 4, 7. vbi nunc editur ἐξήρκεσεν.) ἐπαρκεῖ, χορηγεῖ, βοηθεῖ. Ita Euripid. Oreſt. v. 801. vbi Schol. εἰ μὴ βοηθήσω σοι. Ariſtophan. Plut. v. 831. vbi in v. 839. explicatur per εὐεργετῶν. vid. Hemſterhuſ. ad h. l. Aeſchyl. Sept. adv. Theb. v. 93. Lucian. Nigrin. 26. Kypk. in Obſſ. ad 1 Timoth. 5, 10.

v. 301. ſ. ἀμφιβουπόρεσσι (Florens legit duabus vocibus ἀμφὶ βυπόρεσσι) a βούπορος, (Suid. βοπόρος. (adde ὀβελός) παρὰ Ἡροδότῳ (Euterp. (L. IX.) p. 90.) τὸς μεγάλως.) vt vocatur obeliscus magnus, oblongus, quo ad torrendos boues vtebantur. In Xenoph. Hellen. 7. p. 426. diſerte additur ὀβελίσκος. Ad hunc locum reſpicit Suid. in voc. ὀβελὸς, ὀβελὸς autem vel ὀβολὸς et ὀβελίσκος eſt inſtrumentum coquinarium in extrema parte exacuminatum, veru, veruculum l. ſubula. v. Euſtath. ad Homer. et Heſych. qui ὀβελὸς βυπόρως interpretatur per: μεγάλως ὀβελίσκως. πηγνύω l. πήγνυμι eſt defigere, *anheften, anſtecken.* γνάθοι κρὴ πηδὺν πλῆσαι antea v. 288. ϑίϑαι γνάθοις, deſcriptio τῆ κατατρίσεως.

v. 303.

Digitized by Google

v. 303. ἅλις, δακρυλᾶς, ἀρκύστας. Alibi cum Genitiuo subiecti iungitur, vt supra v. 247. vid. Valckenar. in Diatrib. Hippolyt. p. 179. de h. v. χηρῶν autem proprie est viduare s. viduam reddere, hinc omnino orbare, priuare, (περιόλλω) vt etiam Latin. viduare adhibetur inprimis de depopulatione. vid. Wesseling. Dissert. Herod. p. 86. Hinc in Homer. Il. ε. ἀγυιὰς χήρωσε, regiones depopulatus est. Ergo i. q. ἐκποδῶν, ἐρημῶν, quemadmodum Suidas reddit in v. χηρώσειε. Virgil. Aen. VIII, 571. *tam multis viduaſſet ciuibus vrbem.*

v. 304. φόνοι πολῶν, i. q. φονεύων. *Sat multos interfecit, qui enſe s. bello s. haſta ceciderunt.* Nam πίπτων, vnde conſtat δορυπετὴς (quod Florens vertit: *hoſticus*,) inprimis dicitur de iis, qui in bello occiſi ſunt, apud Euripidem, quemadmodum *cadere* v. c. in bello, proelio, acie, apud Cornel. Nepot. et Curtium, quod et lingua vernacula imitatur. Poſſemus etiam vertere: *ſat multum ſanguinis effudit.* Nam φόνος, i. q. αἷμα, interdum. vid. Suid. et Schol. ad Sophocl. Trachin. 558. Similis fere noſtro locus legitur in Rheſ. v. 870. μὴ θῆϛ'. ἅλις γὰρ τῶν τεθνηκότων. Ed. Aldina habet πῶϛα, quae lectio maximopere mihi arridet. *Schon genug Blut vieler Todten, das durch das Schwerd vergoſſen wurde, trank Griechenland* — an vero *graui errore*, vt verbis Musgrauii vtar, *recentiores ſcribant* πωϑσα, neſcio.

v. 305. ſſ. ἄλοχος, γαμετή. Sic Suid. qui laudat locum ex Euripid. Andromed. fragm. v. 6. quem tamen Kuſterus non indicauit. Ergo i. q. γυνή. ἄναιδρος alibi timidus, vt Bacch. v. 1035. ſed h. l. viro carens, vt Hippolyt. v. 547. πικρὰ, δεῖπνα amarum, i. e. triſtem l. hoſtilem l. contumelioſum cibum, quemadmodum Latin. *amarus* vſurpari conſtat, de quo plura habet Barth. ad Scriptt. Venat. p. 132. ſſ. Dicitur πικρὰ vt ſupra δυσσεβὴς βορὰ v. 288. et ἀνόσιον δεῖπνον v. 31. Musgrauius pro noſtro πικρὸν mauult λίχνα, epulas vel dapes guloſas. Malo vulgatam, nam idea, quam inuoluit lectio

λίχνα,

Digitized by Google

λίχνα, in sequentibus reperitur (v. 310.). Illud autem δῆτα π. in appositione est cum τοῖς λελυμμένοις, i. e. iis *quos belli fortuna reliquos fecit*, vt expressit Brodaeus in not. ad h. l.

v. 308. ποῖ τρέψεταί τις, vt in Hippolyt. v. 1066. ποῖ δῆτα τλήμων τρέψομαι. Nam τις indefinitum hic tantumdem valet ac ἐγώ. Sic Aristophan. Thesmophor. 603. — ποῖ τις τρέψεται; id est ποῖ τρέψομαι. Seu potius dicendum, illud τις omnino pro ἕκαστος adhiberi. Vnde Eustath. ad Odyss. p. 1464. Ισέον δέ ὅτι τὸ τις πολλάκις οὐχ ἕνα δηλοῖ ἁπλῶς, ἀλλὰ πάντας, ληφθὲν ἀντὶ τοῦ εἷς ἕκαστος, atque nunc ad Sophocl. prouocat. Item ad Il. β. pag. 237. vbi citat Sophocl. (Aiac. 245.) ad quem etiam vid. Schol. *Quorsum aliquis sese conuertat, si non tantum a barbaris verum adeo ipsis Graecis est timendum — nostratibus.* τρέψεταὶ, male in Ed. Stiblin. τρέψετε. ἀλλὰ, *non ita — ne hoc facias, potius me audias, precibusque beneuolas aures praebeas.* Haec forma loquendi ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ, in fine versuum, Euripidi admodum frequens est totidem litteris scripta, quod iam demonstrauit multisque exemplis illustrauit Valckenar. in Diatrib. Euripid. c. 8. quibus addi potest hic locus noster et alius ex Heraclid. v. 175.

v. 309. πάρες, ὑποχώρησον. Sic Suidas, qui forte ad h. l. respexit. Est autem ab ἵημι, mitto, atque alibi redditur per παραλύπτειν vel παρορᾶν. γνάθος, maxilla, vt supra aliquoties, vel simpliciter os, vt γένυς quod eadem ratione adhibetur. vid. Beck. ad Aristophan. Au. v. 1065. μάργος f. μάργης, edax, et insanus. Suid. μαινόμενος. τὸ εὐσεβὲς, pro τὴν εὐσέβειαν, *humanitatem praefer inhumanitati et barbariei.*

v. 310. f. Sequitur nunc sententia prouerbialis, quae simul tacite spectatorem praeparat, attentumque reddit ad Dramatis totius finem, atque exitum; quamquam, qualis sit fu-

Digitized by Google

futurus, adhuc ignoratur, sed lectorum et spectatorum exspectationem intendit. Verum obseruare liceat artem poëtae, qua sensim sensimque Dramatis cardinem explicat. Huc refer v. 689. vbi haec sunt: δόσιν ἔμελλες αἰνεῖν δικαίαν ἀμείβεσθαι est retribuere, reddere. πομπὰ κέρδη, *lucrum malae rationis — via iniusta quaesitum.* Hunc versum allegauit Gataker. Aduerss. Miscell. 7. p. 214. Similes sententiae etiam alibi reperiuntur, Antig. Sophocl. v. 225. ſ. ἀλλ' ὑπ' ἐλπίδων ἄνδρας τὸ κέρδος πολλάκις διώλεσεν. Ibid. Creon dicit nuntio, eum cum sociis discere debere, ὅτι οὐκ ἐξ ἅπαντος δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν, ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας ἀτιμάζοντας ἴδοις ἂν ἢ σεσωμένους. Barnesius contulit illud Hesiodi in ἀ. ἡμ. ἡ. L. I. v. 352. μὴ κακὰ κερδαίνειν κακὰ κέρδεα ἴσ' ἄτησιν. Item Theogn. v. 466. μηδέ σε νικάτω κέρδος, ὅτ' αἰσχρὸν ἔοι. Idem paulo aliter Apostolum vsum esse dicit huiusmodi Phrasi Act. 27. v. 21. Sic igitur vidimus Vlyssem talem, qualem tum ex antiquitate nouimus, sapientem ac facundum. Grauissima attulit argumenta, quibus facillime animus Cyclopis, si habuisset animum, moueri potuisset. *Sumus hospites* — (hospitum ius apud Veteres sanctum erat) *tempestate maris delisque aduersis inuiti huc delati, venimus ab Ilio excisa, virtutisque bellicae et amoris in patriam summa exhibuimus documenta.* — Nunc ab officiis sancte probeque *patri* praestitis argumentum petit. *Multa templa eius in honorem aedificauimus, atque victoria summo cum periculo deportata simul ad te ipsum redit. Talibus ergo hospitibus, qui tibi, patri, patriae tot tantaque beneficia exhibuere, hospitibus* (nunc denuo repetit) *suppliciter te obsecrantibus, tempestate maris iactatis ac perditis ea saltem reddas, quae humanitatis lex postulat, nec nefanda atque crudelissima ratione eos interficias, bellum sat multos homines abstulit, quid a barbaris sperandum, si tale quid a nostratibus patimur? experientia docet male eiusmodi facinora esse retributa.* — Quid amplius quaeris? Sed frustra, audias quam egregie omnibus respondeat in v. 315. ſſ. Grauioribus hisce sapienter poëta immiscuit iocos v. 279.

288.

Digitized by Google

288. 301, f. 307, 309. quod et nunc facit ore Sileni, qui comice ad facundiam Vlyſſis, quam modo demonſtrauerat, alludens, linguam inprimis commendat, qua deuoranda et ipſi Cyclopi facundiam ac ſapientiam promittit. Id enimuero eſt quod Satyricum Drama efficit atque conſtituit.

v. 312. f. παραινῶν, cum Accuſatiuo iunctum notat: aliquem admonere, cohortari ad aliquid. Cum Datiuo, vt h. l. conſilium alicui dare, auctorem eſſe alicui, vel conſulere. Sic ſaepe apud Noſtrum recurrit, v. c. Bacch. v. 330. Phoenn. v. 463. Hippolyt. v. 707. atque in Ariſtophan. Pac. 253. 2 Macc. 7, 25. f. μηδὲν λίπῃς τῶδ' ἢν τε τὴν γλ. Laß keinen Biſſen übrig. Reiskius ſine omni cauſa ita emendat: μηδὲν λίπος τῶ δ', ἢ δὲ τὴν γ. i. e. reliquae huius viri carnes macrae ſunt et parum ſapidae: at ſi linguam guſtes etc. δάκνειν enim, i. q. κατεσθίειν, cum quo etiam iungitur in N. T. vt Galat. 5, 15. quanquam ibi ſenſu metaph. explicatur per ſequens ἀναλίσκειν. vid. Elsner. Obſſ. SS. T. II. p. 197. et Gataker. ad Antonin. L. XI, 28. p. 333. copioſiſſime.

v. 314. κομψὸς, κομψεία, κομψεύειν (Heſych. κολακεύειν) dicitur de eo, qui affectat, oſtentat, adulatur, vid. Antonin. III, 8. IV, 53. pag. 138. Schol. ad Ariſtophan. Au. v. 195. κομψεία, ἐλαφρία, ἀγειότης, πιθανολογία, ἀλαζονεία et κομψὸν, περίτεχνον, περίλαλον, παιῶεγον, ἀπατητικὸν, πιθανὸν, τεχνικὸν, ex eo ſua habet Suid. in v. κομψεία et κομψόν. Pollux monet h. v. vſurpari περὶ φιλοπαίκτου καὶ χαρίεντος. Sic in Ariſtoph. Nub. 649. κομψὸν εἶναι ἐν συνουσίᾳ. Ibi Gloſſae: πιθανὸν καὶ ἡδύν. vid. Gataker. ad Antonin. III, 5. vbi de ſermonis elegantia dicitur. cf. Timaei Lex. Plat. pag. 117. Cel. Beck. ad Ariſtophan. Au. v. 195. Moeris Attic. p. 206, 237. λαλίστατος, ὁ κατὰ λόγον σοφός· λέγεται δὲ καὶ ὁ εὔγλωττος, καὶ ὁ εὐφωνότατος. Suid. — Caeterum de hac Attica Superlatiuorum forma vid. Cel. Brunck. ad Sophocl. Philoctet. 984. et Ariſtophan.



Digitized by Google

ſtophan. Thesmophor. v. 735. nec non Euſtath. ad Odyſſ. p. 1441. vbi plura exempla adſtructa reperies.

v. 315. ſ. ἀνθρωπίσκε, ὑποκοριστικὸν — ἀντὶ ἄνθρωπε. De vſu diminutiuorum vid. ad v. 265, 266. θεὸς, *ſummum bonum*, quemadmodum Paulus in Epiſtol. ad Philippenſes c. III, 19. ſcribit de aduerſariis doctrinae chriſtianae, ὧν ἡ κοιλία ἐστὶ θεὸς qui ventrem pro Deo habent, qui nihil magis curant, colunt, cogitantque, niſi quomodo cupiditatibus ventris ſatisfaciant, quibus Dei filiique religio curae non eſt, qui potius nefandis conſiliis ducti laborant. confer etiam infra v. 334. 335. ſſ. κόμπος, ſtridor, faſtus — ἀλαζονεία, ἔπαρσις. *Pompaſt.* κόμποι κενοὶ Herc. fur. v. 148. κ. μάτην Suppl. 127. pro quo μάτην λόγοι in Ion. 275. Herod. 7, 103. ὄρα, μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος. κομπάζειν μάτην, Hippolyt. 978. εὐμορφίας, de externa pulchritudine dicitur, *Flittergold, äußerer Schimmer. Wozu der Kram, denkſt du mich denn durch das abgeſchmackte Zeug zu bewegen?* Sic Brumoeus atque Preuoſtus intellexere. Hic ita vertit: *pourquoi m'en fais tu un ſi pompeux étalage?*

v. 317. ſ. Iam primum reſpondet Cyclops ad illud argumentum, quod a captatione beneuolentiae eſt deſumtum, quo, ſeſe patris in honorem multa feciſſe, gloriatus fuerat Vlyſſes. ἐναλίου, i. q. θαλασσίου. v. Suid. ἄκρας ἐν. ſupra v. 289. ναῶν ἕδρας. καθίδρυται, quas incolit pater, i. e. Neptunus. χαίρειν κελεύω, *valere iubeo, miſſa facio.* Quid illa ad me? ea non curo, aeſtimo. Alibi eſt: χαίρειν ἐᾶν, vt Xenoph. Exped. Cyr. 7, 3, 2. et 23. Fiſcher. ad Plat. Crit. 6. Phaed. 63. Eodem modo Theſeus in Hippolyt. v. 1070. ed. Brunck. τὸν ὄρνιν — πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω. vid. ſupra v. 173. De v. χαίρειν copioſiſſime egit Heiſen. in Diſſertat. XXI. Epiſt. Iacob. pag. 108. ſſ. πρὸς τήσω (προσ τήσω) λόγῳ. — *Quorſum haec verbo tangam, quid verbis extollere iſta iuuat? haec huc non pertinent.* Musgrav. *praetendiſti, propoſuiſti.*

v. 319.

Digitized by Google

v. 319. Iam se nullam religionem habere, nullos Deos, ne Iouem adeo colere manifeste profitetur Cyclops. φρίσσειν, fremere, horrescere, dicitur de mari, cum ventis inhorrescit, ac proprie vsurpari constat de capillis sese erigentibus, hinc notat contremiscere, horrescere, timere de hominibus et animalibus, quoniam in horrore ac timore magno pili eriguntur, vt in illo Virgil. Aeneid. — obstupui *steteruntque comae etc.* Est vero etiam contremiscere prae frigore vel ira. vid. Etymol. M. Eustath. ad Homer. Il. δ. pag. 360. 18. et ν. 532, 44. Odyss. τ. pag. 706, 2. Oppian. Cyneg. 3, 369. — Lex. Brem. apud Biel. per φοβεῖσθαι reddit. Atque in Aristophan. Nub. 1133. δέδοικα et πέφρικα iunguntur. Respondet exacte Hebr. שער vel סער quod etiam in Graeca vers. Ierem. 2, 12. Dan. 7, 15. Iob. 4, 15. per φρίσσειν redditur (vid. *S. V. Doederlein. in prolus. de litteris graecis optimo subsidio interpretationis V. T.* pag. 14. qui etiam Hesychii glossam h. v. allegauit.) Latine horrere, de hastis militum erectis, vel messis aristis apud Virgil. sed etiam de mari dicitur, Curt. L. IV. c. 3. atque hinc de timore. vid. Cl. Mitscherlich in Lect. in Catull. et Propert. p. 119. ff. —

v. 320. f. *Nec existimo* (f. *agnosco*, vt Suppl. 518. Act. App. 23, 5.) *meliorem* (potentiorem) *me Deum esse Iouem.* ὅτι, Markland. ad Suppl. v. 518. legit ὅ, τι, i. e. καθ' ὅ, τι qua in re. τὸ λοιπὸν, sc. μέρος, alibi est: posthaec, i. q. ἀπὸ τοῦ νῦν, vt explicat Phauorin. et Schol. ad Hippolyt. v. 33. vertit per: εἰς τὸ μετὰ ταῦτα. Sic in fin. fabulae nostrae v. vltimo, vbi vid. quae diximus. Interdum etiam notat: interea, iam, vid. Krebs. in Obss. Flav. p. 58. Alibi etiam verti potest: caeterum, vt Ephes. 6, 10. de reliquo. Sic h. l. — *caetera quod attinet, praeterea cura nulla animum angit.* Preuostus: *en un mot.* Sed Brumoeus: *Je le mépriserai déformais.*



Digitized by Google

v. 322. ὅταν ſc. Ζεὺς. ἐχχέειν ὄμβρον, pluuiam demittere, pro quo alibi βρέχειν χθόνα. ὄμβρος, ὑετὸς μέγας, vid. Ariſtotel. de Mund. Obuium eſt aliquoties in Graec. verſ. v. c. Iob. 37, 6. vbi Aquila ſic expreſſit Hebr. מטר. ἐχχέειν, i. q. βρέχειν etiam N. T. occurrit, quod tamen non imperſonaliter ponitur, vt vulgo credunt. vid. Franz. de Interpretat. S. S. p. 83. et Lamb. Boſ. in Ellipſ. pag. 72. Valckenar. Diatrib. Fragment. Euripid. quae adiecta eſt eius Hippolyto p. 52. et Xenoph. Oeconom. 17, 2. Alias Ζεὺς dicitur tempeſtatem ποιεῖν, ἀπαυδχμάζειν νεφέλας et συννεφεῖν. vid. Ariſtophan. Au. v. 1501. ſ. et Kuſter. atque Cel. Beck. ad h. l. Denique quod illud μέλει attinet, alias ab Homero Il. β. 338. ζ. v. 441. 450. perſonaliter adhibetur, alias imperſonaliter plerumque cum Genitiuo iunctum legitur, μέλει μοι τινός, aut cum περὶ, et ὑπὲρ, pro quo ſcenici poëtae μέλει μοι ταῦτα, vt Aeſchyl. Prometh. v. 3. Ariſtoph. Thesmophor. Euripid. Bacch. v. 450. vbi eſt: σοὶ δὲ τ' ἄλλα χρὴ μέλειν, vbi vid. Barneſ.

v. 323. ſ. σεγιὰ σκ. i. e. ςερεὰ v. Suid. aliàs fere ſimili modo σεγακὰ, πυκνὰ, tentoria ſolida, firmiter conſtructa. σκήνωμα, vt σκηνὴ et σκῆνος, habitaculum, vnde σκηνῶν, tentorium figere, in tentorio habitare, commorari, atque hinc omnino in aliquo loco verſari, habitare. μόχος, καλεῖται τῶν βοῶν νέα. Pollux. Reiskius pro ἔχω coniicit ἔχων et pro ἢ μ. potius ἦ μ. vbi vitulum, ſſ. Eodem redit emendatio Musgrauii ἕ pro ἢ. δάκος (i. q. δακετὸν apud Dioſcorid. et Theophraſt. Hiſt. Plant. pro quo etiam ſimplex θηρίον dici, monet Suidas de vipera, ſerpente, phalange) eſt θηρίον ἰοβόλον, h. l. additur θήρειον, ergo ferinum animal venenoſum, id poteſt ſimpliciter h. l. idem eſſe quod ferum, vt ſupra θὴρ in v. 130. nam opponitur μόχῳ quod ad cicurum beſtiarum genus refertur.

v. 325. ſ. δαίνυμαι, ἐδίω, ἐνωχῆμαι, ſed δαίνυμι, conuiuium praebeo, vtrumque in Homero legitur. ὕπτιος, verſus

Digitized by Google

ſus in dorſum, reſupinus. vid. Homer. Il. δ. v. 108. ὁ ἐπὶ νώτῳ κείμενος, hinc omnino ἄπρακτος otioſus, remiſſus, vt in Artemidor. ad quem locum reſpexiſſe Suidam, Pearſonus et Kuſterus exiſtimant. ἐπεκπιὼν, vel eſt: *praeterea etiam exhaurio, vel* eſt: pro ſimplici ἐκπι. *Videtur praeſtare* ὑπεκπιὼν, ὑπεκπίνειν, i. q. ὑποπίνειν *ſubbibere.* Haec Vir Doctus mecum litteris communicauit. ἀμφοτερῆς, ἀγγεῖον, quod propter magnitudinem ex vtraque parte anſas habet, quibus ferri poteſt. vid. Euſtath. ad Homer. Il. σ, 566. Odyſſ. β, v. 290. Deinde omnino eſt genus menſurae, (κεραμιον) *ein Eimer.* Niſi me omnia fallunt, Noſter Cyclopis ſordidam vitae rationem depingere cupit, ſenſusque hic eſſe videtur: *vitulum aſſatum aut ferum aliquod reſupinus in tentorio iacens deuorare ſoleo.* Neque profecto video, quomodo Musgrauius hunc verſum ſenſu caſſum, vt nunc legitur, nominare, atque ſic ſine omni cauſa grauiori emendare poſſit: Δαινύμενος, εὖ στέγοντι (Simili fere modo iam Scaliger emendauerat: εὖ στέγων τε, acute, vt videtur Barneſio) γαστέρ' ἐψίαν, i. e. *coenans ventri bene capienti ludibrium.* Idemque στέγοντι pro στεγάσῃ poſitum cenſet, (vid. eum ad Electr. v. 1023.) atque pro ἐπεκπιὼν, vt vitetur Aſyntheton, legit εἶτ' ἐκπιὼν. Reiskius denique ita corrigit: εὖ τέγγων τε γαστέρ' *et bene rigans ſupinum ventrem, dum ebibo dolium lactis.* ἐν στέγοντι, Barneſius ſubintelligit ἄντρῳ, ac prouocat ad not. Iphig. Taur. v. 327. Florens diſtinguit poſt δαινύμενος. , Idemque verba ſequentia ἐν στέγοντι γαστέρ' ὑπτίαν non intelligit. Vnde ariolatur legendum ἔνθ' ἔχων τε (an melius, neſcio). Quid enim ſit στέγος, ſe iuxta ſcire cum imperitiſſimo ait, ac monet ſe invenire apud Grammaticos, στέγη etiam diei γαστέρα. Ipſe quoque Scaliger ineptam eſſe cenſet lectionem vulgatam, atque emendationem a ſe prolatam ſequutus vertit: *muniens ſaturum ventrem* πέπλῳ. Sed in verbis ſequentibus explanandis interpretis munere aliquamdiu defungi liceat, id enim iubet modeſtia, quam lectoribus intelligentioribus debeo, noluiſſem quidem iſta ab Euripide meo, quem maxi-



Digitized by Google

mopere diligo, scripta, sed non poterat non a Cyclope eam remouere pudicitiam et castitatem, quam alias tam sancte diligenterque seruat; libros autem Graecorum et Latinorum, e quibus forte verba haec facillime potuissent illustrari atque confirmari, nec perlegi, neque etiam perlegere gestio. Optimum autem obscoenorum verborum eorumque vsus fontem a Comico nobis aperiri, saepius non sine fastidio intellexi, cum eius scripta accuratius nuper perlegerem. Hoc vnum monere liceat, Vossium in Obss. ad Catullum in Hispitill. notare, formulam illam *pertundere tunicam* s. *pallium* eleganter Graecis exprimi per hanc nostram: χρύειν πέπλον. vid. Vulp. ad l. l. et Erasm. in Adag. *oppedere*. Preuostus: *Puis vidant une outre pleine de lait je frappé sur sa peau tendue et je défie par ce bruit le tonnere de I.* Verum Brumöus modo argumentum sermonis Cyclopis breuiter exponit, nec nisi haec exprimit: *il se livre à la bonne chere.* Musgrauius hanc notulam adsperfit: „πέπλον χρύω, quid sit, nondum „intelligere potui, vnde legendum arbitror: πέδον κρύω, ter„ram pedibus pulso i. e. salto, tripudio. Legendum forte „χέλυν κρύω Simonid. in Anacreonte Antholog. p. 276. Nec „mirum videri debet, Polyphemum ab Euripide κιθαρίζοντα „fingi, quod a Philoxeno quoque factum esse scribit Scho„liast. Aristophan. Plut. 290. Quin et talis quoque a Lu„ciano pingitur in Dialog. Marin.“ *Heathius*: „Cum „praecedat γαστέρ' ὑπτίαν, non πέπλον κρύω h. l. *peditum* signi„ficat, sed optime res explicatur versibus Catull. 32, 10. ss. „*Nam pransus iaceo, et satur supinus Pertundo tunicamque „palliumque.*“ Cum hoc loco, nostrum iam contulit Florens Christianus.

v. 327. ss. εἰς ἕξιν κτυπῶν βρ. *donnre mit Iupiter um die Wette.* Nam κτυπέω est i. q. ἠχέω, βροντάω. Sic apud Homer. dicitur Iupiter κτυπεῖν tonitrua emittere s. tonare. Hinc κτύπος, i. q. βροντή, vnde Hesych. explicat κτύπος φωνῆς, fragor tonitruum. Symmach. in Iob. 28, 26. pro quo 38, 25.

Digitized by Google

25. est ψόφος βροντῆς. Distinguunt caeterum Graeci inter βροντὴ et κεραυνὸς, hoc iis notat igneam coruscationem, illud fragorem coeli tonantis. vid. Aeschyl. Prometh. v. 921. Conferri meretur cum h. l. Aristophan. Nub. v. 293. βάλλομαι ἀντικαταπαρδεῖν πρὸς τὰς βροντάς, ibi Schol. ἀντικατ. ἀντὶ τοῦ κτυπῆσαι καὶ ἀντηχῆσαι. Βορέας Aquilo, qui ab vrsa spirat, teste Aristotel. de Mund. χιόνα χέει quia e septemtrione maxime penetrabile frigus venit. vid. Georg. Virg. I, 93. Θρηΐκιος autem dicitur, Thracia enim in parte septemtrionali Siciliam versus sita erat. δορὰ, τὸ δέρμα Suid. vid. Pollux L. II. περιβάλλειν, i. q. ἐνδύσασθαι, vnde περιβόλαιον vel περιβολὴ, i. q. ἔνδυμα.

v. 330. ff. ἀναίθων — ἥδε μοι μέλει, de hac syntaxeos mutatione vid. Musgrav. ad Iphig. Taur. v. 947. Barnes. ad Hel. 296. Med. v. 58. Iphig. Taur. v. 695. et ad h. l. Hoogeuen ad Viger. pag. 337. ἀνάγκη, i. e. ἀναγκαίως s. ἀναγκαῖόν ἐστι, δεῖ etc. Sic Phoenn. v. 923. τίκτουσα, βλαστάνουσα. Sic in N. T. v. c. Hebr. 6, 7. γῆ τίκτουσα βοτάνην. Suidas docet πόαν dici quamcunque βοτάνην, (ita nominatur herba sponte veniens). Haec enim est glossa: πόα, ἑκάστη βοτάνη ἔτω λέγεται. vid. etiam Hesych. Alias hoc sensu terra dicitur αὐτομάτως καρπὸν φέρειν. vid. Maxim. Tyr. Dissert. XI. p. 113. et XIII. p. 133. ed. Heins. Lugd. vnde γῆ αὐτομάτη dicitur καρποφορεῖν (pro simplici φέρειν, neglecta altera, quod saepius fit, etymologiae parte) χόρτον in Marc. IV, 28. vid. insta ad v. 643. Athenagoras tamen φύσαι legit pro nostro τίκτουσα, vt ex eo (§. 22. p. 103.) patet, vbi hunc versum nostrum laudauit; probat hanc lectionem Valckenar. ad Euripid. Phoenn. p. 15. quod Polyphemi orationi conuenientior sit, nempe planior et minus exquisita. πιαίνει, i. e. λιπαρὰ ποιεῖ (Suid.) βοτὰ, greges vid. v. 53.

v. 333. f. ἐμοὶ, *in vsum meum, meum in honorem, meamque in voluptatem.* θεοῖσι, *Deorum in honorem.* Reiskius;



Digitized by Google

Pessime corrupit hunc locum Barnesius omittendo ὦ, quum vet. ed. recte haberent ἃ ἐγὼ ὦ τιν᾽ ἄνω, vnum pedem efficiunt prima tria vocabula, et ἃ significat δι᾽ ἃ quapropter — ἃ referam ad βοτά. Quod prius ante τίν᾽ positum, versui nocebat, nec sensui aeque commodum fuit, ὦ, tollendum sentit Barnesius, quaestio enim (vt scribit) satius erat ponenda, Cyclops ventrem vocat maximum Deorum, summum numen. Alias μέγας s. μέγιστος θεῶν, alieno prorsus sensu, dicitur Amor, ex Socratis sententia, qui δαίμονα μέγαν καὶ μέγιστον ἄλλων Amorem nuncupabat. vid. Valckenar. Diatrib. c. XV, p. 157. Sed h. l. simili modo dicitur quo in Euripid. Fragment. Alexandr. VIII, 2. κακὸν δούλων γένος Γαστὴρ ἅπαντα, et prouerbio illo (vt Dacieria ad Callimach. Hymn. in Iov. v. 8. docuit) tunc temporis satis trito (quod quidam ab Epimenide profectum existimant, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί,) a Paulo in Ep. Tit. 1, 12. laudato, vid. Kypke in Obss. ad Philipp. 3, 19. Quod enim attinet verba μεγίστ. τ. δαιμόνων, ita iam supra θεὸς vsurpatum legimus (v. 315. vbi vid. nos,) de summo bono, quod quis habet, colit, vnice curat, quaerit, neglectis reliquis omnibus. γαστὴς autem *bene* dicitur, atque sic etiam scribere debuisset Apostolus Philipp. l. l. non autem κοιλία, quod ex graeca versione V. T. est desumtum. γαστὴς de edendo et bibendo, inprimis voracitate, adhiberi solet, vt in Xenoph. Cyrop. I, 2, 8. ἐγκρατῆ εἶναι γαστρὸς καὶ ποτῦ, atque in sequentibus etiam γαστὴς illustratur, τὸ ἐφ᾽ ἡμέραν πιεῖν καὶ φαγεῖν, atque ibi pro superiori θεὸς et antecedente μεγίστη δαιμόνων habet: Ζεὺς ὅτῳ ἀγθρώπ. Recte igitur Cyclops γάστρις nominari potest, i. e. γαστρίδουλος, πολυφάγος, de quo videndus Hemsterhus. ad Thom. M. pag. 181. 3. et Cel. Beck. ad Aristophan. Au. v. 1603. Caeterum cf. Cuperi Obss. III, 10. et Wetsten. N. T. T. II, pag. 669. vbi hic locus noster est allegatus, Long. Pastoral. IV, p. 154. nec non Casaubon. in Satyr. Poës. p. 162. s. Perquam commode de Polyphemo dici potest quod Demosthen. (324, 24. ed. Reisk.) scribit: τῇ γαστρὶ μεταδόντες καὶ τοῦ σώματος

σοῦ

Digitized by Google

σοις τὴν εὐδαιμονίαν. Timon (Philosophus Pyrrhonicus tempore Ptolemaei Philadelphi) Epicurum dicit (non recte quidem, vt hodie inter plurimos constat. vid. Flögel. l. l. T. I. p. 369.) fuisse hominem τῇ γαστρὶ χαριζόμενον, τῆς δὲ λαμπρώτερον ἐδέν. Athen. L. VII. c. 5. Hoc igitur γαστρὶ χαρίζεσθαι bene exprimit nostrum ϑύειν — τῇ μεγίστῃ γαστρὶ etc.

v. 335. ff. τὰφ' ἡμ. quotidie, (i. e. καθημέραν) nam ἐπὶ etiam interdum temporis durationem significat, vnde apud Thucydid. L. IV. c. 69. ἐφ' ἡμέραν γὰρ ἐκ τῆς ἄνω πόλεως ἐχῶντο sc. σῖτῳ, hinc ἐφημέριος qui vnius est diei, et ἐφημέρια vocantur animalia vnum tantum diem viuentia. vid. Viger. pag. 609. ff. λυπεῖν μηδὲν αὐτὸν, *nulla in re sese macerare, cruciare.* Bene Preuostus: *vivre sans souci.* Reiskius emendat: ὡς τἀμπιῶν (i. e. τὸ ἐμπιεῖν) τε καὶ φαγεῖν (i. e. καὶ ἐμφαγεῖν.) Aemil. Portus (notante Barnesio) ἀναχολυθίαν huius loci animaduertit, nam videtur legendum τὸ πιεῖν — Ζεὺς ὅτός ἐστι κ. τ. λ. *Wer täglich ißt und trinkt, sich nichts abgehn läßt — sich keine Sorgen macht, ist weisen Menschen Iupiter.* Vel etiam Ζεὺς, vt supra ϑεὸς v. 315. de summo bono intelligendum, — *das ist das höchste Ziel aller Wünsche und des Bestrebens weiser Menschen.* τιϑέναι νόμους, alibi καϑίσασθαι in Hippolyt. v 91. ποικίλλειν, est variare, variegare, de vestimentis, tapetibus alibi dicitur. Hecub. v. 470. vid. Cuper. Obss. pag. 225. ed. Schmid. Hoc esse videtur *vel*: *legibus constituendis vitam hominum varie formarunt*, mox enim aliquid est faciendum mox omittendum, hic aliquid permissum illic restrictum vel prohibitum, nisi adessent leges fixae, homines ex iure naturae, quidquid vellent, possent facere vel omittere, *vel*: *multis curis vitam humanam onerarunt*, vt Preuostus: *embarassé la vie humaine de milles soins inutiles*: Brodaeus ποικίλλοντες interpretatur: *alia quam de cibo aut potu praecepta dantes.*



Digitized by Google

v. 339. ſ. κλαίειν ἄνωγα, i. q. κλ. κελεύω ſ. παρακελεύω. vid. ſupra v. 173. et 318. nec non Homer. Od. X, 129. Alias eſt κλαίειν ἀπῶν quod male animatorum eſt, (Ariſtoph. Plut. v. 62.) atque opponitur χαίρειν ἀπῶν. vid. Cel. Beck. ad Ariſtophan. Au. v. 691. Infra, fine huius dramatis verba noſtra κλαίειν ἄνωγα recurrunt. vid. Suid. et Heſych. Schol. ad Homer. Od. α, 316. et quae infra dicemus ad v. 697. Bene Prenoſtus: *Que ceux ſoient maudits mille fois et pleurent a leur aiſe.* ὁ πανσομαι δρῶν, *ego vero nihilominus deuorando te, bene ſuauiterque animum afficiam.* De forma loquendi οὐ δρᾷν monuimus quaedam ſupra ad v. 131. Nos fere ſic hanc ſententiam exprimeremus: *Ich werde deswegen nicht unterlaſſen, dich aufzufreſſen, und mir dadurch eine Güte zu thun, oder: mein Lüſtchen zu kühlen.* Alias legitur elegans locutio θυμὸν πλησῶσαι, animi cupiditatem ſiue vltionis ſiue cuiusuis alius rei explere, vid. Valckenar. ad Euripid. Hippolyt. 1327. Brunck. S. V. ad Sophocl. Philoctet. v. 324. Poſt τὴν inſerendum omnino putat Barneſius δ'. ψυχὴ vel περιφρασικῶς pro ἐμὲ, vt ſupra diximus ad v. 2. quemadmodum Hebraei vſurpare ſolent, vel pro ἐπιθυμία accipiendum. vid. Suid. in v. ψυχή. Heinſius Exercitt. S. p. 373. Wolf. in Cur. Phil. et Crit. item Kypk. ad Luc. 12, 19. vbi h. l. vtitur. Participium cum πανόμαι iunctum etiam alibi reperitur, vt Geneſ. XVI, 33. in graec. verſ. vid. Albert. et Wolf. ad Act. V, 42. et Biel. in Theſaur. Philol. h. v. cf. Xenoph. Cyrop. V, 5, 35. I, 4, 2.

v. 341. ξένια, munera hoſpitalia, vt ſupra v. 300. Simili fere ratione anus Menelao dicit (Helen. v. 486. ſ.) ἢν δὲ δεσπότης λάβῃ σε, θάνατος ξένιά σοι γενήσεται. ἄμεμπτος, qui non habet quod vituperetur, qui ab omni culpa liber eſt. vid. Thom. M. et Moerid. nec non Zeun. in Ind. Xenoph. Cyrop. *Vt vero ne quid obiici mihi poſſit, ne accuſare me poſſis, quaſi tibi munera hoſpitalia denegaſſem, accipias haec,* πῦρ, πατρῷον λέβητα, a patre acceptum, vid. ſupra ad v. 108.

(Fa-

Digitized by Google

(*Familienkeſſel*). Pro τόνδε λέβητα non modo verſus cauſa, ſed etiam quod τόνδε pro τοῦτον, quum ſit ἀποδεικτικὸν, (nondum autem intra antrum erant, vbi lebes iſte fuerit,) ſatis erat dicere πατρῷον τὸν λέβητα. *Barneſius.* ζῶν, i. q. βράζειν vel βράσσειν, infra v. 391. ἐπιζῶν, quod etiam in Ariſtophan. Thesmoph. v. 468. legitur (vbi tamen metaphor. de ira dicitur,) et in Acharn. v. 321. (vbi notat incandere.) Homer. Il. φ, 362. Ibi vero intranſitiue vſurpatur. δυσφέρητος, *vel* eſt *intolerabilis vel*, vt mihi h. l. videtur, *grauis*, pro quo infra 379. v. ἐντρεφέστατον πάχος σαρκός. Reiskius interpretatur: *delicatulam carnem*, mutationum et iniuriarum aëris moleſtiarumque itineris et laborum aliorum aegerrime tolerantem, iisque facillime afficiendam. δυσφόρητος omnino *pinguem* notare videtur, vnde Heſychius, qui haud dubie ad h. l. reſpexit, per δυσβάστακτον explicat, vnde aſſentior Barneſio, qui cum Scaligero legendum διαφορητόν, negat. ἀμπέχειν, tenere, continere. Preuoſtus: *te vêtira chaudement — a merveille.*

v. 344. ſ. ἕρπειν omnino eſt ſeſe mouere, hinc ire, gradi, incedere fere cum tarditate, de omnibus animantibus. Homer. Il. ε. 474. Ariſtophan. Equit. 673. — Heſych. per βαδίζειν vertit, vnde in Med. Euripid. — et Andromach. — eſt fugere, hinc ἐξέρπειν, i. q. ἐξιέναι in Xenoph. Exped. Cyr. VII, 1, 8. vid. etiam Homer. Hymn. in Vener. v. 167. In h. l. eſt i. q. ἰσχεσθαι, ἰσιέναι, alias etiam ſignificatur hoc vocabulo grauitas ſeu tarditas inceſſus. Denique etiam notat arreptare, furtim aggredi, vid. Ariſtophan. Plut. v. 658. Bayer. amiciſſimum in Diſſertat. in Theocrit. Adoniazuſ. P. I. et Cel. Beck. in Specim. Proluſ. Euripid. Rheſ. p. 10. αὐλιον, i. q. αὐλὴ vid. ſupra ad v. 60. Θεῷ, i. e. *mihi*, *Deo qui in ſtabulo morabatur*, (nam etiam ſupra v. 230. ſe Deum a diisque ortum eſſe iactabat,) vel Θεῷ κ. αὐλ. eſſe poſſet *Deo ſtabuli*, *Domino ſtabuli*. κῶμος (pro quo βωμὸν praefert Reiskius, quod etiam H. Stephan. in Cod. Mſpto, atque vnius in mar-

Digitized by Google

margine θυμὸν inuenit) h. l. est *conuiuium solemne et comissatio*, plura diximus supra ad v. 39. εὐωχῶν est *conuiuio excipere*, epulum praebere (cf. Cyrop. V, 5, 42.) vel ratione seruorum qui h. l. commemorantur, i. q. διακονῶν Graecis alias dicitur, nam addita sunt ἀμφὶ κῶμον ἑστῶτες etc. — Vides hinc Cyclopem stolidum, nefandum, crudelem, nullam legum naturae religionisque rationem habentem. Eandemque imaginem nobis exhibuit Homerus in Od. ι. l. l. vnde Euripides sua habet. Ibi Cyclops saeuo animo respondisse dicitur: νήπιος εἶς, ὦ ξεῖν', ἢ τηλόθεν ἀλήλυθας, Ὅς με θεὸς κέλεται ἢ δαίμων ἢ (al. lect. δαίμεν) ἀλέασθαι, οὐ γὰρ Κύκλωπες Διὸς αἰγιόχου ἀλέγουσιν, οὐδὲ θεῶν μακάρων. ἐπιδὴ πολὺ φέρτεροι εἰμέν. οὐδ' ἂν ἐγὼ Διὸς ἔχθος ἀλευσάμενος πεφιδοίμην, οὔτε σεῦ, οὔθ' ἑτάρων, εἰ μὴ θυμός με κελεύοι. κ. τ. λ. *Stultus es, o hospes, quod longe aduenisti meque Deos vereri aut colere iubes. Minime enim Cyclopes curant Iouem a capra nutritum, neque deos beatos, his enim multo praestantiores sumus. Neque tibi neque sociis, si libuerit, parcam, neque enim Iouis inimicitiam euitare studeo.* Comparare cum his liceat Ouidii et Virgilii verba quibus mentionem Cyclopis fecerunt. Prior in Metam. L. XIII. inde a v. 710. ss. longe alia via ingressus est, neque huc pertinet quatenus tantum amores Cyclopis nobis egregie propositi, non autem res cum Vlysse gestas quas hic reperimus, vnde non ipsa res eiusque explanatio quam potius singula verba illustrari posse videntur. Sic v. c. in v. 842. simili fere modo Cyclops dicit: *non est hoc corpore maior Iuppiter in coelo: nam vos narrare soletis Nescio quem regnare Iouem.* v. 857. *Quique Iouem et coelum sperno, et penetrabile fulmen etc.* Virgilium quod attinet, propior accessit ad Homerum, quem egregie imitatus est, e quo pauca infra excerpamus.

v. 346. s. πόνος Τρωϊκὸς, vid. ad 281. ἐκδύναι, euadere periculum, v. c. θήρας in Graec. Vers. Prouerb. 11, 8. κακῶν Iphig. Taur. v. 602. Hesych. vertit per: ἐξέρχεσθαι. Hecub. v. 1292. est: ἀφαμέναι πόνων eodem sensu, ibique πόνοι vt h. l. etiam

Digitized by Google

etiam de bello Troiano sunt intelligendi. κρύσσοντα κακὰ Heub. 1107. Troad. 202. μόχθοι κρ. Alia attulit Musgrav. ad l. n. Hinc ergo ὑπεκδύνειν, i. q. simplex ἐκδύνειν. *Ueberſtanden hab' ich glücklich Kriegs- und Seegefahren.* Nam θαλλάσσιον est vt (v. 317.) supra ἐπάλιον, quod est vel fit ἐν τῇ θαλάσσῃ. Similis locus est in Hel. v. 784. vbi Helena Menelao dicit: σωθεὶς δ' ἐκεῖθεν, (a bello Troiano) ἐνθάδ' ἦλθες εἰς σφαγάς. Ibid. v. 869. Τροίας δὲ σωθεὶς καὶπὸ βαρβάρῳ χθονὸς, εἰς βάρβαρ' ἐλθὼν φάσγαν' οὐδὶς ἐμπεσῇ. κατέχειν εἰς τόπον est, ad locum aliquem peruenire, appellere vt h. l. vel tendere, apud nauticos. vid. Act. XXVII, 40. Subintel. τὴν ναῦν, quod additum legimus in Homer. Od. λ. v. 454. conf. Kypk. ad Actor. l. l. T. II. p. 144.

v. 348. γνώμη autem (Reisk. emendat ὠμὴ) idem cum νῦς, καρδία alibi, quod etiam statim sequitur. Legeremus γλώττην, quod cum γνώμην permutatum saepius esse ostendit Markland. ad Euripid. Suppl. 547. et Brunck. ad Aristoph. Ran. 355. sed γνώμην bonum sensum exhibet, nec alias quadraret ἀλίμενος. ἀλίμενος proprie dicitur locus s. mare portu carens; vnde ἀκτὴ sic vocatur in Euripid. Alcest. v. 599. Polyb. I, 53. vid. Suid. in v. ἀλιμενότης (quod etiam recurrit in Xenoph. Hellen. 4, 8, 7.) et ἀλίμενον. Hinc pectus ἀλίμ. erit in hoc contextu durum, vbi accessus non datur, inhospitale, quatenus Cyclops exorari non poterat, vel quatenus hospitio non excipiebat hospites sed deuorabat. Huc etiam refer ἀνόσιον ἄνδρα, qui homines Deosque, naturae legem ac religionem non curat.

v. 349. Παλλὰς, Iouis filia ex eius capite nata, vt antiquitas fabulatur, quam Vlysses inuocat, quatenus prudentiam ei suppeditabat, cuius etiam vsu, vt ex sequentibus patet, Cyclopem punit seque cum sociis conseruat. Conferri meretur hanc in rem Apuleius de Deo Socratis extremo: „Homerus Vlyssi semper voluit comitem esse prudentiam,

„quam

Digitized by Google

„quam' poëtico ritu Mineruam nuncupauit. Igitur „hac eadem comitante omnia horrenda subiit, omnia „aduersa superauit. Quippe ea adiutrice Cyclopis „specus intrauit, sed egressus est etc.“ Hinc διογενὴς dicitur, quod alibi synonymum cum εὐγενὴς, de quo supra. Eadem ratione Pallas cognominatur apud Sophoclem. — In Euripid. Troad. v. 47. Διὸς παῖς vocatur.

v. 350. ff. ἀρήγειν, Hesych. βοηθεῖν, auxilium ferre, opitulari. Sic Homer. Hymn. in Merc. v. 86. et Schol. Apollon. Argon. 4, 815. Ἰλίῳ, maiora in pericula incidi quam quae apud Ilium sustuli. βάθρα, ad imam, infimam partem, i. e. pericula extrema, summa, ita vt vix liberari atque emergere me possim. Musgrauius legendum censet βάθη et loca affert ex Aeschyl. et Pindar. Adde ex Hel. v. 310. vbi est: πανὸν βάθος. Sed tamen βάθρον est verbum Euripidi admodum frequens. Sic Κυκλώπων βάθρα in Herc. fur. 944. Viro cuidam docto videtur per tmesin vox esse ἐκίβαθρον, vt in Xenoph. Mem. 2. βάθρον enim est θεμέλιον, ἕδρα. vid. Suid. Lycophr. v. 770. φαεινῶν, λαμπρῶν, λαμπόντων.

v. 353. ταῖδε, vel omnino referri debet ad *rationem nefandam qua eum excipit* Cyclops, vel intelligenda sunt ξένια, *dona haec hospitalia.* — *Adspicias quaeso — rationem habeas.* — ὁρᾷν, βλέπειν, saepius eodem sensu in V. T. obuia esse nemo nescit. Mecum Canterus consentit, qui etiam post ξένι', distinguit. Alii post Ζεῦ interpungunt, atque ξένι' pro ξένια (sc. munera hospitalia) accipiunt.

v. 354. ἄλλως, ματαίως, μάτην, κενῶς. vid. Suid. Cel. Fischer. Ind. Axioch. Reisk. in Indic. Demosthen. atque Florens, qui Atticis familiarem, elegantemque existimat esse hanc locutionem, vnde affert locum ex Antipatr. Florileg. ἐπιγραμμάτων. Idemque notat alias ἄλλως dici pro forte, fortuna, vt Lucian. de iudic. Deor. Sic caeterum, vt in h. l. n.

os-

Digitized by Google

occurrit etiam Med. v. 1029. 1030. Hippolyt. v. 197. conf. Wetsten. ad Act. XII, 23. T. II. pag. 569. vbi h. l. noſtrum notauit, quemadmodum etiam fecit Valckenar. in Diatrib. c. 7. p. 65. vbi et alia loca laudauit. Comparare liceat hanc ſententiam cum Phoenn. v. 86. Hercul. fur. v. 347. Electr. 583. Allegatum etiam reperimus h. l. a Spanhem. ad Ariſtophan. Ran. vbi plures eiusmodi ſententias apud Noſtrum inueniri, cenſet, de Diis, an dentur vel non dentur. Sic Oreſt. v. 418. etc. vnde Noſter in Ariſtoph. Thesmophor. v. 457. dicitur ſpectatoribus in Tragoediis perſuaſiſſe non eſſe Deos. Adde Troad. v. 884. ſſ. conf. Sext. Empiric. aduerſ. Mathematic. V, 57. et Cudworth. Syſtem. intellectual. ξένιος dicitur Ζεὺς, qui iura hoſpitibus dat, vt alicubi Virgilius loquitur. Plato de legib. L. V. haec monet: δύναται τιμωρῶν ὁ Ξένιος ἑκάστων δαίμων τις ἢ θεός; τῷ ξενίῳ συνεπόμενοι Διΐ, vnde illud *iura dare hoſpitibus* in Virgil. Aen. I, 731. eſſe videretur *vlcisci iniuria hoſpitibus illatas*, verum recte Heynius Vir ſummus dubitat, an *iura dare* pro *ius reddere*, *vlcisci*, dicatur, atque potius eatenus hoc dici cenſet, quatenus Iupiter praeſit, ſub tutela habeat hoſpites. Suidas: ξένιος, ὁ τῆς ξενίας ἔφορος. λέγεται καὶ Ξένιος ὁ Ζεύς. — Nunc omnes in antra discedere cogitandi ſunt.

v. 355. ſſ. In vv. ſſ. Chorus improbat atque maximopere abominatur Cyclopis crudelitatem atque inhumanitatem, et valere iubet Tyrannum cum aula et ara. Sed Scaliger pro noſtro Χο. ponendum exiſtimat ἡμίχορος, nam dimidium chori, progreſſum, antro iam paratis epulis Cyclopem inuitare, alterum ſemichorium intus relictum eſſe. ἀναστομοῦν, ſ. aperire, reſoluere, patefacere. εὐρώς, vid. Schol. ad Od δ. v. 182. χεῖλος, labrum, atque vt Latin. *labrum* etiam de aliis rebus, v. c. poculi, fluuii, ora adhibetur, vt Herodot. II, 94. Liv. XXXVII, 37. vid. Interprett. ad Ebr. II, 12. — Hic verſus 357. allegatur a Toup. in Emendatt. in Suid. P. III. p. 491. ed. Lipſ. Toupius duabus vocibus

Digitized by Google

bus legit: ἀπο χναύων, i. e. χναύων ἀπ' ἀνθρακιᾶς, quod omnino ei verum videtur, atque ab eo probatur e loco quodam in Epigrammate, vbi τρίγλας ἀπ' ἀνθρακιῆς occurrit. ἕτοιμα pro ἕτοιμον facile, promtum, expeditum. Vt facile possis etc. ἐφθὸν, Cyrill. Mſ. σὺν ὕδατι ἑψητὸν (nam ἕψειν quod infra reperitur, est i. q. ἐφθὸν ποιεῖν. vid. Suid.) Athenaeus in Dipnoſoph. L. α. monet ex Homero apparere, Veteres iam tunc, i. e. temporibus heroicis, vſos fuiſſe carnibus elixis, quod tamen negat Seruius ad Virgil. Aen. L. I. v. 216. Euripidem ideo impugnans. — Sed idem fecit Ovid. Metam. L. I, 228, qui haec habet: *atque in femineces partim feruentibus artus mollit aquis.* Sed recte Barneſius Athenaeum l. l. audiendum potius eſſe putat, quem vide. Florens legendum eſſe conjicit: ἀπολαύων vel cum Cantero ἀποκναίων. Idemque vult βρύχων, non βρύχειν. vid. Brodaeus ad h. l. ἀποχναίων, diripere, deuorare, a χναίειν vel χνάειν vellicare, hinc Comicis χναύματα, teſte Polluce, i. q. περικόμματα, vid. Schol. ad Ariſtophan. Equitt. 372. (ex quo ſua habet Suidas) et Heſych. qui explicat: βρώματα καὶ τὰ τῶν κρεῶν ἀπανθρακώσματα. Caſaubonus nihil mutare vult; nam χναίων et ἀποχναίειν ſunt dictiones graecis poëtis familiares, vt ipſe monuit ad Athenaeum (L. II. c. 16. p. 117.) vbi haec Euſtathii verba leguntur: ἔστι καὶ ἑτέρα ὁμοία σκευωρία παραγωγῆς ἐν τῷ χνάειν, ὃ ἐστι λίχνως ἐσθίειν· ἢ καὶ ὁ Ἀθηναῖος μέμνηται. Idemque βρύχειν *ſtridere* nihil ad Bacchum pertinere ſcribit, vnde peſſime legi βρύχειν, pro quo corrigendum eſſe monet βρύχων, id quod etiam in ſequentibus obſeruari vult. ἀνθρακιὰ, carbonum ſtrues vel ignis ſtr. Homer. Il. ι, 213. Bene Musgrauius ἀπὸ et χναύων diuiſim legit: (*de prunis calidis rollentem ſtatim deuorare*) Scaligeroque aſſenſum recuſat, cui placebat κατ' ἀνθρ. vt aſyntheton conſtitueretur. Vtique κατὰ hic non eſt aptum. βρύχειν, i. q. βρύχων (quod legitur in ed. Barneſ.) auctore Caſaubono, eisque aſſenſum praebet Pierſon. ad Moerid. p. 99. et Musgrav. qui lectores ad Heſych. reuocat, vbi videndi ſunt Interpretes, adde Valckenar. ad Ammon. p. 32.

Scili-

Digitized by Google

Scilicet Hesychius interpretatur: λαύρων ἐδόντων, i. e. ὀδόντας τρίζων, fremere, stridere dentibus, vnde simpl. ἐδών vel δάκων. vid. Suid. et Eustath. ad Homer. qui interpretatur: Ταχέως ἤγε μετὰ ἧχυ ποιῶ ἐδόντων. cf. Biset. ad Aristophan. Pac. 1315. vbi nec Eustathium praetermisit. καινόμενα, κτενόμενα. v. 22. ἐν αἰγ. δασυμ. *in pelle hirsuta caprina.* δασύμαλλ. est epitheton ornans, quoniam pellis est hirsuta. Alii illud αἰγ. de clypeo, alii, vt Brodaeus, de aegide singulis e caprinis pellibus obtecta intelligunt. Ingenioſe Reiskius difficultatem, quae videtur, tollere studet hac emendatione: κλινομένῳ, i. e. *sibi reclinato, recumbenti in hirsuta pelle caprilla.* Sed non opus est hac correctione. Quidam interpretantur de vase ex pelle confecto. Barbari enim, vt Barnesius me docuit, vtebantur pro aheneis lebetibus, pelliceis, super ignem extensis, vt coquerent carnes. Quod, quanquam difficile videatur intellectu, tamen ex Histor. Angl. R. Eduard. Tertii L. I. c. 1. §. 7. pag. 16. exemplo probatur Scotorum, qui, dum in castris agerent, cibos in pellibus crudis coquere solebant, quod iam ante eum attulerat Buchanan. in Rer. Scoticar. Lib. VIII. vid. Musgrav. qui ex Herodot. IV, 61. carnes in boum adeo ventriculis coctas affert. Sed his sese opponit Preuostus ad h. l. „Quidquid dixerit (scribit ille) Barnesius, Polyphemus habebat ollas aheneas, vt e v. 391. patet, atque igitur dicendum est, vasa e pellibus confecta inseruiisse tantum ad particulas victimarum iugulatarum apponendas, hunc vnicum sensum admittunt vv. 358, et 359“. Sane hoc confirmare videtur voc. καινομένα, in frusta dissecta, et v. 391. vbi diserte lebes vocatur χάλκεος. Iisdem rationibus ductus et ipse Heathius putat pellem caprinam vices patinae seu lancis ad carnes mensae apponendas praestitisse q. v.

v. 360. *l.* In editione, qua Reiskius vtebatur, Brubachiana, adscripserat vetus manus Sileni personam. Ipse vero Reiskius, vt superiora Sileno tribuit, sic ab hoc v. 360. se-



Digitized by Google

quentia iuuenibus Satyris tribuit, quibus displicuisse patrum mores e v. 269. constat. Praeterea legit μή με, μή προδίδου. προδιδόναι, (proprie *ante dare*, vid. Boyle ad Phalar. Epp. p. 62.) prò simpl. διδόναι. *Ne mihi aliquid tribuas de carnibus. Nolo recum vesci nefando isto cibo — hunc tibi reserues.* Hoc verbis ſſ. indicatur μόνος μόνῳ — vnde bene Preuoſt. *garde pour toi.* — Musgrauius: *ne omitte*, i. e. *has dapes, hanc praedam.* πορθμὶς σκάφος vt ſupra v. 85. pleonaſtice pro ſimplici σκάφος dictum eſt. πορθμὶς enim vel πορθμίδιον, nauicula eſt in freto. vid. Suid. — Preuoſtus: *garde — tout le vaiſſeau que tu charges de cet horrible mets.* Brodaeus: *ſolus esculenta haec tibi habe, mihi nil reliqui feceris.* Quoniam autem imaginem a naui petiit poëta, adhibet etiam voc. κομίζειν, transportare. Musgrav. prouerbium hic reperit, cuius ſenſum hunc eſſe cenſet: *Tibi ſoli proſpice vel conſule.* Etiam Florens iam hic prouerbium ſuboluit. Caeterum Scaliger haec verba vertit: *Solus ſoli mihi confer hanc celocem.* Idemque putat Plautum, apud quem verba illa latina reperiantur, fortaſſe huc alludere. Velle eum integram famem ad has epulas adferre. Scilicet *celox* eſt (Nonio 13, 1.) *nauigium velocius* a celeritate *celox* graec. κέλης. Brumöus in verſione haec ita expreſſit: *Pour vous chers amis, ne me trahiſſez pas, emmenez la barque et ſauvons nous ſeuls, quittons cet antre fatal etc.* Hic ergo longe alium ſenſum ſequutus eſt quam Preuoſtus, qui tamen, quomodo his verbis ineſſe poſſit, non intelligo. Non dicam, in quo etiam Prevoſtum conſentientem mecum habeo, minime Satyros de modo effugiendi cum Vlyſſis naui nunc cogitaſſe, nondum enim Vlyſſes de callido conſilio aliquid dixerat, neque vero ſpes eius rei nunc concipi poterat in illo rerum ſtatu. Prevoſti verba haec ſunt: „*J'ai ſuivi un ſens différent dans ma traduction, parce qu'il ne me paroit point que les Satyres ſongent a fuir dans le vaiſſeau d'Ulyſſe. J'avoue cependant que je ne trouve pas ce paſſage clair, ni les raiſons qui me detèrminent à m'écarter du P. Brumoy tres fortes: c'eſt pour en faire*

Digitized by Google

„faire juger le lecteur que j'ai cru devoir mettre mon interpre„tation ſous ſes yeux plutot qué par une preference de„cidée. "

v. 362. ff. χαιρέτω κ. τ. λ. Hic praeponendum alterum ſemichorium: ἡμιχ. — cenſet Scaliger, eiusque ex ſententia ſemichorium auerſatum Cyclopis prandium foras egreditur, itaque inter verſiculum μόνος μόνῳ, et χαιρέτω μὲν αὔλις, canticum interiectum eſt ab iis, qui modos faciebant. αὔλις, ſupra αὐλὴ et 221. αὔλιον. ἀποβώμιος, qui expers eſt arae, qui aram non habet (nam ἀπὸ in compoſitione hanc notionem inuoluit, vid. Viger. p. 565. et Zeun. ad h. l. Sic ἀπόμισθος, mercedis expers et alia eiusmodi,) idem eſt cum ἀπόβωμος, quod Heſych. vertit per ἄθεος. Musgrav. putat Heſychium h. l. in animo habuiſſe, quem vide. Hinc omnino eſſe videtur abominabilis, deteſtabilis, vnde et Brumöus: *Renoncons à ſes abominables ſacrifices.* Sed Preuoſtus: *Je veux fuir les ſacrifices du C. impie etc.* Caeterum pro ἐν Scaliger legit ἐν, alioquin enim non paruam caliginem offuſam eſſe, exiſtimat. θύματα, vel θυμιάματα, ἀπαρχάς, θυσίας, vide Suid. qui laudat locum ex Ariſtophan. Auib. Sic etiam pro ſacrificio, victima legitur aliquoties in Lycophron. vid. Reichard. in Ind. et Soph. Antig. v. 1006. Caeterum Reiskius legendum exiſtimat, θυμελῶν pro noſtro θυμάτων, atque verba ſic conſtruit: χαιρέτω δ' ἡ (θυσία ſcil. quod e ſequentibus tacite aſſumi debet) τῶν θυμελῶν ἀποβώμιος, *multum valeat ſacrificium alienum ab aris*, quales in thymelis ſtatui ſolent. θυσία ἀλλότριος τῶν βωμῶν τῶν ἐν ταῖς θυμέλαις. Sunt autem (vt Reiskius addit) θυμέλαι idem quod deinceps τὰ βήματα, arae, ſeu areae excelſae, ad quas per gradus adſcenditur, podiis ſecluſae a vulgi aditu, ſacris peragendis deſtinatae, *tribunae* medio aeuo dictae. (Suid. θυμέλη, ὁ βωμὸς ἀπὸ τῆ θύειν) Pollux non ſatis certo definit L. IV. Sect. 123. ὀρχήστρα, ἐν ᾗ ἡ θυμέλη, εἴτε βῆμά τι ὂν, εἴτε βωμός. Apud Tragicos notat atrium amplum et magnificum, partim in regum diui-



Digitized by Google

tumque aedibus, partim in templis Deorum. vid. Musgrav. ad Electr. v. 713. Κυκλώπων θυμέλαι occurrunt in Iphig. Aul. v. 152. vbi vid. Barnes. Ingenioso Musgrauio magis arridet Θυάδων, Maenadum, quibus consuetudo erat animalia viua discerpere et vorare. vid. eum h. l. et ad Orest. v. 1008. Illa autem verba inde a v. 362. vsque ad 368. a Semichoro ad alterum Semichorum dicta existimanda sunt. Verba sequentia iam ad v. 127. illustrata sunt. Cyclops hic dicitur *Aetnaeus* vt Ouid. Pont. L. II, 115.

v. 368. ff. Sequitur nunc sententia, quae iudicium continet chori de illa nefanda Cyclopis hospites tractandi ratione, atque a minori ad maius tacite procedere videtur. *Abominandus est qui hospites supplices ad lares venientes domo* (Pro nostro δόμων Musgrauius mauult νόμων confertque v. 290.) *repellit* (sed magis, vel: quanto magis) *qui adeo dissentiat eos coctosque deuorat etc.* Idem mecum sentire videtur Brumöus, quod ex ipsius versione patet. ηλὴς, ἠλεὴς, et (poëtice) ηλεινὴς, ὁ ἀνηλεής. Suid. ἀπάνθρωπος, σκληρὸς, ὠμὸς, cui ἔλεος deest, qui miseria aliorum non tangitur, sed durum, ferreum pectus habet, crudelis. Sic Sophocl. Antig. 1197. In Homer. Od. δ, 743. de ferro adhibetur, quo quis necatur. Pro eo occurrit ἀνελεήμων in Rom. 1, v. 31. ξενικὸς ἐφέστιος, qui est ἐφ' ἑστίαν, apud focum, aram, in domo vel apud lares, quoniam lar familiaris in domo colebatur, ibi enim supplices taciti sedere debebant, vnde ἐφέστιος dicitur etiam indigena, pro domestico, ciue, populari, in Homero, hinc Suid. ἐφέστιοι, αὐτόχθονες, σύνοικοι, ἔποικοι. vid. Med. v. 713. Rhes. 201. ad quem locum conf. Brod. ἱκτῆρας, (i. q. ἱκετηρίας s. ἱκετας) Suid. ἱκετευτικὰς, sed respicit glossa ad Sophocl. Oedip. Tyr. v. 143. δόμων, *Reiskius*: seu δέμων.

v. 371. ff. κόπτειν, supra v. 358. κρεωκοπεῖν, vbi altera etymologiae pars erat negligenda, quod saepius fieri nemo nescit. Ibidem habuimus voc. βρύχειν et ἐρθά. Etiam h. l.

Ed.

Digitized by Google

Ed. Ald. βεύχων, sed hic quoque Casaubonus emendat βεύχων. δαινύμενος, (male ed. Stiblin. δαινύμενος) vid. ad v. 325. ἐφθὰ κρέα, Aristophan. Equitt. v. 1175. δαίνυσθαι κρέα, ibid. Pac. v. 1281. μυσαροὶ dicuntur pro βδελυροὶ, vid. Phoenn. v. 1059. vbi est ἀγὼν μυσαρός. Abominandus, scelestus — vnde Aristophan. Lysistrat. v. 340. de feminis scelestis adhibuit. Musgrauio legendum videtur ὀδῶσι τ', quoniam alioqui nulla distinctio sit inter ἐφθὰ κρέα, et ea quae θέρμ' ἀπ' ἀνθράκων vorabat. Sed tamen vulgata praeplacet, omniaque ad imaginem perficiendam pertinent, neque distinctionem anxiam hic constituendam censeo. θέρμ' ἀπ' ἀνθράκων vel esse potest: *calidas carbonibus factas* vel: *calentes a prunis deuorat* (*frißt das Fleisch heiß von den Kohlen weg*). Comparari meretur cum his Virgil. in Aeneid. L. III. v. 622. *Visceribus miserorum et sanguine vescitur atro* atque v. 626. *vidi atro quum membra fluentia tabo manderet et tepidi tremerent sub dentibus artus.* Hospitalitatis sacra violare nefas erat antiquissimis temporibus, posteaque non tantum inter populos ac ciuitates sed etiam homines singulos atque priuatos hospitii necessitudo contrahebatur. Prius hospitii genus dicebatur πρόξενία, alterum ἰδιοξενία apud Graecos, vtrumque sacrosanctum habebatur, eiusque praeses ac vindex erat Iupiter ξένιος vel ἑφέστιος, quasi lararius vel contubernalis, Latinis hospitalis, (vid. Cicer. ad Qu. fratr. 2. Ep. 21, 11. Plaut. Poen. 5, 1, 25.) confer Budaeum in Annott. posterior. in Pandect. ad leg. de captiv. pag. 165. f. et copiose Stephani Iohannis Stephanii notas vberiores in Historiam Danicam Saxonis Grammatici pag. 102. 54. adde Emmenessium (Lugdun. Batauor. olim Rector.) ad Virgil. Aen. I, 73. (qui prodiit Lugd. Batav. 1680. 3. Tom.) et Gyraldum in Synt. II. p. 97. ed. Ienf. Religionem autem fuisse apud Veteres, preces, quas aliquis ἀφ' ἑστίας fundebat, aspernari, docet Musgrav. ad Euripid. Orest. v. 1442. Constat autem, quod iam obseruauit S. V. Reinhardus (in *Systhem der christlichen Moral.* P. I. pag. 87.) sensum beneuolentiae erga omnes omnino homines exhiberi



Digitized by Google

luculentissime hospitalitate vel apud populos minime cultos ac barbaros recepta sancteque seruata. Omnino conferri possunt quae conscripsit *Hirschfeld von der Gastfreundschaft, eine Apologie für die Menschheit.* Lipsi. 1777.

## Actus Tertius v. 374—500.

v. 374. τί λέξω, similiter nuntius quidam in Phoenn. v. 1345. Ὦ τάλας ἐγώ, τίν' εἶπω μῦθον, ἢ τίνα λόγον, atque Talthybius perterrefactus nuntio de misera Hecubae conditione incipit: Ὦ Ζεῦ, τί λέξω Hecub. v. 488. δεινὸν ἰδεῖν, *terribile — triste visu.* κ. μῦθ. *tam crudele facinus, quale ab homine vix exspectari potest.* μῦθος enim mox notat verbum, orationem, (vt Homer. Il. δ, 268.) mox fabulam. vid. Fischer. Cel. ad Platon. Phaed. IV, 2, 20. 58, 59. Reuerendissimus Henke in Obss. variis de Philosophia mythica Helmstad. p. 382. Lycophr. v. 764. μυθοπλάστην γόον vocat. μῶν γε θοιν. (Reiskius: μῶν τεθοίνατα). vid. ad v. 37. i. q. κατεδήδυκε (v. 340.) ἑταῖρος et φίλος proprie differunt. Prior dicitur, qui aetate, vitae genere eodem vtitur, Vet. Gloss. ἑταῖρος, *collega, socius, sodalis.* vid. Etymolog. et Ammonius. Ergo φίλος non necessario est ἑταῖρος nec ἑταῖρος etiam φίλος. In Commentariis Euangelistarum hoc vocabulum adhibetur eo in loco, vbi Christus Iudam compellat, atque omnino Graeci nominare sic eum solent, quem non bene norunt, atque inprimis magistri discipulos hoc nomine nuncupabant. vid. Mai. Obss. S. L. I. p. 16. Albert. Obss. Philol. p. 156. Elsner. T. I. pag. 121. in Obss. SS. Sed h. l. sunt charissimi amici, quemadmodum φίλος etiam apud Homerum occurrit. ἀνοσ. vid. supra v. 26. opponitur παρανόμως, et respondet Latin. nefarius, iniustus. Coniuncta haec vv. leguntur in Aristoph. Plut. v. 415.

v. 378. ἀθρήσας, vt est in ed. Ald. si vera lectio, est ab ἀθρεῖν, accuratius aliquid contemplari, cernere, diligenter intueri

Digitized by Google

tueri aliquid. Suid. περισκοπεῖν, ηγοῦ μετ' ἐπιτάσεως ὁρᾶν, monetque, multis exemplis hanc significationem probari posse. Locus perspicuus est in Bacch. v. 1280. vbi Cadmus Agaven accuratius contemplari iubet filium, quem leonem esse putat, ibique v. 1278. interpretatur per σκέπτειν ὀρθῶς. Plato saepe σκοπεῖν et ἀθρεῖν permutat. Deinde ἀθρεῖν, i. q. simplex ὁρᾶν, βλέπειν, vt Hesych. et Suid. vertunt. Vnde additur σαφῶς in Iphig. Taur. v. 1323. vbi tamen est potius: penitus perspicere aliquid. Phauorinus: ἄθρησον, σκόπει. vid. Fischer. ad Anacreont. II, 3. — Canterus in Nov. Lect. L. V, c. 29. hoc ἀθρήσας mutandum censet in ἀθροίσας, non recte, vt equidem cum Barnesio arbitror, quanquam eidem Cantero in Heracl. v. 341. assensum non denegauerim. (Similiter in Coluth. v. 191. vulgata olim lectio ἀθρήσας bene e Cod. Voss. mutata videtur a Lennep. in ἀθροίσας, congregans.) Non dicam illud ἀθρήσας aptissimum maximeque commodum sensum praebere, vt nihil melius cogitari possit, sed ne video quidem, quomodo ἀθροίσας tolerari possit h. l. vbi de Cyclope sermo est, immenso robustissimoque monstro, qui non debebat ἀθροίζειν quos in spelunca habebat, vt silentio praetermittam quod Barnesius notat, ἀθροίζειν commode de *duobus* dici vix posse. Eodem redeunt quae monuit Florens h. l. qui Canteri ἀθροίσας non probat, quia de duobus συνδυασμοῖς, non autem ἄθροισις dici possit, atque praeterea ἀθρήσας magis conueniat eligenti, pinguiores et habitiores. Caeterum idem Florens in textu habet ἀθρήσας, et tamen, nescio vnde, vertit: *duo prehendit*, quod nullo modo latet in v. ἀθρεῖν. Valckenarius legere vult σαθμήσας pro nostro ἀθρήσας (vid. eum in Diatrib. c. 16. A. p. 172.) Iam σαθμήσας ab Hesychio explicatur per: ἐν ζυγῷ στήσας. cf. Ion. v. 1137. (in libra ponderare, vt intelligas pondus et grauitatem) nam σαθμεῖν, i. q. μετρεῖν, δοκιμάζειν, aestimare, pretium alicuius rei d finire. vid. Valckenar. ad Ammon. pag. 109. „Iam dudum „(haec sunt ipsa Valckenarii in Diatrib. l. l. verba) hoc in „Cyclopis loco restitueram illud ex Hesychio Δ. σαθμήσας



Digitized by Google

„κ. χ. cum duo manibus ſublatos velut in lance ponderaſ-„ſet. Porcas emtori ruſticus Megarenſis commendat in „Ariſtophan. Acharn. v. 766. i. e. βασάσας, σάθμησον.“ Quanquam illam lectionem ingenioſam non negauerim, tamen non video grauiores cauſas, quibus motus eam praeferre debeam. Nam ſenſus, qui bene illi lectioni laudatae ineſſet, in verbis ſequentibus recurrit καὶπιβασάσας χεροῖν, nam βασάζειν eſt idem cum σαθμᾶν, quoad ſenſum, nimirum δοκιμάζειν, aliquid aeſtimare, perpendere, vt modo vidimus. Adde Suidam in v. βασάσας, qui diſerte monet Atticis non ſignificare *tollere* (αἴρειν) vt vulgo cogitamus in v. βασάζειν, ſed potius ψηλαφῆσαι (attrectare, palpando inquirere, pro quo alibi Veteres Attici ψαθάλλειν teſte Moeride eiusque commentatore Pierſon.) καὶ διασκῶσαι, καὶ διασκέψασθαι τῇ χειρὶ τὴν ὁλκὴν (manu pondus ſ. grauitatem examinare atque expendere,) vid. etiam Ariſtophan. Thesm. v. 444. atque Kuſter. ad h. l. et Abreſch. Annotat. ad Loca quaedam N. T. quae adiecta ſunt Aeſchyleis. Breuiter vtrumque expreſſit ſenſumque planum reddidit Preuoſtus his: *Il en a mangé deux, après les avoir meſurés des yeux et tâtes des mains.* Sic igitur ex ſuperiori θοινᾶται ſenſus eſt conſtituendus. Quidni autem Vlyſſes ſummo affectu doloris plenus reticere ſequentia dicendus eſt? Vnde Chorus rem accuratius ſcire cupit, quam Vlyſſes narrando non perſecutus fuerat. Hinc bene Brumöus in Verſione: *Je l'ai vu en choiſir deux de nous les examiner d'un regard curieux, les peſer dans ſes monſtrueuſes mains, et les trouvant à ſon goût .... Ciel!* — Reiskius monet illud ἀθρήσας ſignificare hic accuratam luſtrationem corporum delectus faciendi cauſſa eorum, quae boni ſucci pleniſſima et maxime teroſa eſſent. Poſſet igitur verti: *oculis notabat* duo ſſ. Caeterum ex ſupra dictis patet, cur Musgrav. contendat poëtas antiquiores verbum βασάζειν contrectandi ſenſu habuiſſe videri.

v. 379. ſſ.

Digitized by Google

v. 379. f. πάχος est *crassities* (vt vertitur in Labbaei Gloſſar. ex Vet. Onom. vid. Xenoph. Venat. 2. 8.) vel *corpulentia*, quo voc. vtitur Plin. Cf. Salmaſ. ad Solin. c. 30. εὐτρεφέστατον. Sic Barneſ. Scaliger: εὐτραφέστατον, Ed. Ald. ἐντρεφέστατον. εὐτραφὴς apud noſtrum occurrit in Med. 920. et Iphig. Taur. v. 304. vbi ſunt ξένοι εὐτραφεῖς. Sed εὐτρεφὴς legitur in Homero, vnde Barneſius praefert εὐτρεφέστατον lectioni ἐντρεφ. (quod nihili vox ſit) vel εὐτραφέστατον, quod Scaliger probabat. παλαίπωρος quaſi ὁ πάλαι τὸν πῶρον qui ſemper preſſus eſt miſeriis, grauibusque calamitatibus. vid. copioſe de h. v. Weller. ad Ep. Roman. VII, 24. p. m. 444. f. Scholiaſt. Ariſtophan. Plut. v. 33. ſcribit: πῶρος, πένθος, laudatque Antimachum, quem iam citatum reperimus in Schol. Sophocl. Oedip. Colon. init. qui monet πωρεῖν ab Eleis dici pro πενθεῖν. Atque ex his locis ſua conſarcinauit Suid. qui hanc gloſſam habet: παλαίπωρος, παρὰ τὸ πάλαι καὶ τὸν πῶρον ὃ ἐστι πάθος, pro quo, partim ob ſequens verbum πενθεῖν, partim ob Schol. l. l. malo legere πένθος, cum Kuſtero ad h. l. Idemque cupio in v. πῶρος apud Suidam.

v. 381. χθὼν πετρώεσσα, ἄντρον. Rem enim in antro geſtam narrat Vlyſſes. (vid. v. 374. ἄντρῳ ἔνι εὐρὺ) Reiskius dubitat, num dicere liceat dixeritue Noſter χθὼν πετρ. pro ſpelunca. Si fecit, (ſcribit Reiskius) propterea forte fecit, quia ſubterranea eſſet. Nam omne ſub terra poſitum eſt χθὼν et χθόνιον. Verum Musgraulus pro incommodo atque inepto habet χθόνα, vnde olim legerat στέγην, quod nunc mutat in μονὴν manſionem.

v. 383. κορμὸς, ἀπὸ τῆ κεκορμῶσθαι, i. e. συντετμῆσθαι, *truncus ſucciſus*. Sic κορμὸς ἐλαίας, Ariſtophan. Lyſiſtrat. v. 255. ἐρκάνα, ara non excelſa, ſed humilis vel caua. Sic a Lycurgo et Ammon. vocari monet Suid. in h. v. conf. Heſych. et Feith. Antiquitat. Homer. p. 19. ed. Stoeber. Hinc omnino focus humilis ita nuncupatur. Schol. ad Homer.



Digitized by Google

Od. 52. ἰαχάρα, τόπος ἐφ' ᾧ τὸ πῦρ κεῖται, atque haec fere primaria in Homeri Odyſſ. ſignificatio eſſe videtur huius voc. Ita et Heſych. interpretatur. βωμὸς autem magis eſt locus excelſus, altare (τέμενος). Paullo aliud discrimen quam inter βωμὸν et ἰαχάρα, conſtituunt Grammatici Latini inter *aram* et *altare*, prius enim dicunt Diis *ſuperis aeque ac inferis*, alterum vero *ſuperis* tantummodo poni. vid. Serv. ad Virgil. Eclog. V, 66. et Weitz. ad Prudent. 453. Omnino conf. de h. v. βωμὸς, Suid. qui per τέμενος reddit, Caſaubon. ad Athen. I, 6. et Ammon. in h. v.

v. 384. ſſ. τρισσῶν — *ſo viel als man etwa auf drey Wagen fortbringen kann — drey Fuhren.* ἀγώγιμον, ἀγώγιμος, ἄγων, ἀγόμενος, φερόμενος. vid. Suid. vnde apud mercatores ἀγώγιμα (*die Fracht*) merces quae plauſtris nauibusque huc illuc agitantur, vectantur. vid. Reisk. Ind. Demoſthen. Caeterum noſter etiam ſcribere potuiſſet ἀγώγιον, nam ἀγώγιον eſt ἀγόμενον βάρος ἐπὶ τῆς ἁμάξης, in Xenophont. Cyrop. VI, 1, 54. ex quo Suidas ſua habet, vbi tamen Zeun. non per *vecturam* ſed *machinam vehendam* explicandum eſſe cenſet. vid. Schol. ad Hecub. v. 536. — In Xenoph. Exped. Cyr. V, 1, 16. de onere nauis ſ. mercibus dicitur. ἔστρωσεν εὐνὴν, *machte ſich ein Lager.* χαμαιπετὴς, χαμαὶ ἐξειμένος. Suid. Pierſonus coniicit ἔστρωσεν, quod, quanquam proprie de lecto (atque inprimis de ſubſtratis foliis et graminibus. vid. Pierſon. eundem in Veriſ. p. 145.) dici conſtat, tamen facilius eſſe videtur quam noſtrum ἔστησεν. Ipſe Reiskius lectionem noſtram probat, additque, ſeſe malle ἔπησεν, ſi quid opus ſit, quod tamen negat, mutatione.

v. 387. ſſ. ἐξέπλησεν, Preuoſtus omittit, vel certe non accurate vertit: *Il a pris une coupe et rempli* (hoc igitur eſſet ἰαχέας γ.) Illud μόχθῳ ἀμέλξας nunc inſeritur, vt intelligatur fuiſſe βέπον γάλα, eumque ipſum mulxiſſe. δεκάμφορος, vid. ſupra v. 326. et Heath. ad h. l. n. ἰὼς, h. l. ἀμφὶ, circiter,

Digitized by Google

ter, vt in Zosim. Histor. L. II. quem laudat Viger. §. 12. pag. 575. Fischer. ad Well. Gramm. pag. 364. eodemque modo vsurpant Latini ad, v. c. Sueton. Caes. 25. εὖρος, πλάτος. Schol. ad Aeschyl. Theb. v. 765. σκῦφος, ποτήριον. Suid. — Grammatici Graeci de poculo rustico intelligunt, in Homer. Od. ι, 27. Cic. famil. 7, 22. Homer. Od. ξ, 112. κισσυ̃, ex hederae ligno confectum, pro κίσσινον, quod reperitur in Alcest. v. 768. Sic etiam Latini loqui amant, vt in illo Horatii: altera effigies lanae erat, altera cerae. Conf. Oudendorp. ad Sueton. Aug. c. 94. Vestigium linguae Hebr. Nullus ederae truncus (vt Scaliger notat) tantus est vspiam terrarum, vt ex eo pocillum palmari magnitudine confieri possit. Hic tamen est σκῦφος κισσυ̃ latum tres cubitos, profundum quatuor. Papae! est ἀλογισία Euripidis. (πήχεον, male in Ed. Stiblin.) Vno voc. κισσύβιον, vid. Athen. Dipnosoph. 11. quem iam laudauit Brodaeus ad h. l. Theocrit. Id. α, v. 27. ibique Schol. ὀβελὸς, vid. supra ad v. 302. ἐπέζεσεν, transitiue h. l. vid. Musgrav. ad h. l. Idem pro πυρὶ, quod inuenustum censet, legendum suspicatur φέρει. Hoc ἐπέζεσ. refert Heathius ad ὀβελὸν, igni admouit. Caeterum multa sunt verba, quae apud Prosaicos SS. neutralem tantum sed apud Poëtas transitiuam potestatem habent. Sic ἐξαναζέσαι Aeschyl. Prometh. 370. vid. Cel. Brunck. ad Apollon. Argon. III, 225. et Sophocl. Aiac. v. 40. ξεστὸς, ὡμαλισμένος, γλυπτὸς (vid. Gloss. Ms. in Prophet. apud Biel. Amos 5, 11.) — Cf. Hesych. Homer. Od. η, 174. δρέπανον Heathio est ensis incurvus, Musgrauio falx venatoria, qui ideo allegat Polluc. Lib. V. c. 19. — Idem Musgrav. pro κλάδῳ legit κλάδων atque sic vertit: *verua ex ramis spinae albae.* παλίουρος, paliurus (εἶδος φυτοῦ ἀκανθώδες. S.) v. Heyn. ad Virg. Ecl. V, 39. Musgrav. haec notat: Paliurus Africus teste Theophrast. Hist. Plant. L. V. c. 4. μέγεθος habebat ἡλίκον τῆς κέδρου, ἢ μικρῷ μεῖζον. „Locum misere corruptum (scribit Reiskius) in v. edit. et procul omni dubio lacunosum Barnesius adhuc peiorem fecit, tanti non faciens, vt de lectione a se inuecta, eiusque auctore (Canterus „is

Digitized by Google

„is est) lectorem vel verbulo moneret. Procul dubio exci„dit finis versus huius, et initium sequentis; qualis enim „dictio! *non quidem dolata falce, sed paliuri e ramo facta*, „non haec sunt opposita, possunt enim simul consistere; at „fuissent opposita *non dolata*, sed αὐτοφυὴς, talis qualis cre„verat, aut, non pinu fagoque facta, sed paliuro. Equi„dem locum hunc non expedio.“ Stiblinus vertit: *verua summa igne candentia expediuit, non falce illa quidem, sed paliuri ramo polita.* Brodaeus: *verua praeusta e paliuri ramo, falce expolita.* Florens: *Veruaque deinceps summa Volcano admouet non falce sed polita Rhamni stipite.* Preuostus: *grossierement taillées avec la serpe, et dont l'extremité auoit été durcie au feu etc.* Idemque in nota: παλιύρε κ. *arbuste épineux: matiere à discussions recherchées.* „Scaliger: ὀβε„λοὺς τ' ἄκρυς, obscurissimus et maxime inconcinnus locus. „Ponam veram lectionem ὀβελοὺς τ' ἄκρυς μὲν ἐγκεκαυμένους πυρὶ, „Ξεστοὺς δὲ δρεπάνῳ τ' ἄλλα (vt etiam Musgrav. coniicit pro „γ' ἀλλὰ, quod Aldin. habet,) παλιύρης κλάδων. *Verua ex pa„liuri durissimi ligni ramis aut fudibus praeustis quidem igne „acumine, reliquo hastili falce dedolatos.* Apud Athenaeum „legendum κλάδων, non κλάδου. Quam inepta sententia an„tea concipiebatur, quum videretur poëta dicere, verua non „falce dedolata esse, sed paliuri ramo. Haec sunt plane de„lira, vt taceam inconcinnitatem versus.“

v. 394. σφαγῖον, Suidas: τὸ τῶ αἵματος δεκτικὸν ἀγγῖον, ὃ ἔφη ὁ ποιητὴς (Od. γ, 444.) ἀμνίον, vbi v. Schol. Phot. in Mss. Lex. σφαγῖον, τὸ ἀγγῖον, εἰς ὃ τὸ αἷμα τῶν σφαζομένων ἱερείων δέχονται. Atque ita etiam Musgrav. intellexit. Schol. Cod. Viteberg. Lycophron. σφαγῖα vertit per τὰ ἐσφαγμένα σώματα, vid. Reichard. in Indice. Sed Musgrauius monet Veteres vno ore h. v. interpretari vas sanguinem recipiens, atque hanc vim obtinere posse vbicunque apud Veteres legatur, vno hoc nostro loco excepto, vnde dubitat, an σφαγῖον victimam significare possit, vide eum ad Troad. v. 748, eique assenti-

Digitized by Google

sentitur Heathius, qui instrumenta omnis generis sacrificalia h. v. indicari notat. Sane quidem plurimis in locis haec Musgrauii observatio vera est, sic etiam v. c. in Aristophan. Thesmophor. v. 754. occurrit, verum an vbique hoc probari possit nescio, saltem interea sufficiat Schol. Cod. Viteberg. l. l. πέλεκυς, πελέκυως et πελέκεως, τὸ ἐργαλεῖον τεκτονικὸν, i. q. κώδων, quod etiam Schol. per nostrum πέλεκυς in Lycophron. Indic. exponit. γνάθον bene mihi videtur dici posse de securi, quemadmodum alibi σόμα μαχαίρας, quanquam ex Hebraismo, in Luc. 21, 24. et Hebr. 11, 34. dicitur. Hebraice: פי חרב Iudic. c. 1, 8. pro acie gladii, i. e. acuto. Eadem ratione Graecis dicitur γένυς de cuiusuis instrumenti ferrei acie, vnde pro securi legitur in Sophocl. Philoct. 1205. Elect. 485. et 196. vbi plura de v. γνάθος monuit Excell. Brunck. in not. cui addi possunt quae de h. v. scripsimus. Brodaeus vertit: *vasa ad excipiendum sanguinem cum bipennibus acutis.* Caeterum αἰτναῖα bene idem *capacia* reddit (etsi etiam *Sicula* esse possent) quia αἰτναῖος et παχυάσσιος alias plerumque immensum et altum notant. Schol. Aristophanis Pac. 73. Αἰτναῖον, ὑπερμεγέθη. μέγιστον γὰρ ὄρος ἡ Αἴτνη. In hoc Aristophanis loco occurrit: Αἰτναῖος κάνθαρος. Reiskius negat hic σφαγῖα esse locos victimae, vt alibi, sed instrumenta mactandi, secures aut cultros, vnde legatur γνάθοις per appositionem et epexegesin. Sed minus quaesitum hoc mihi videtur, retineo significatum supra allatum, inprimis cum hic necessaria sint σφαγῖα, qualia diximus, ad perficiendam mactationis imaginem; atque tum subintelligendum est σὺν, quod interdum subaudiendum esse demonstrat Viger. L. I. p. 623. Preuostus etiam eodem sensu intellexit σφαγεῖα, sed verba sequentia πελεκ. γνάθ. ita reddit: *dont la hache avoit seule arrondi les contours (dessen Rand aber blos die Axt gerundet hatte).* Hic igitur sequutus est Musgrauium, quippe qui pro αἰτναῖα legendum suspicatur διωτὰ σφ. πελ. γνάθοις, i. e. *vasa sanguini excipiendo securium morsibus rotundata.* Rudia fuisse vasa significari existimat vtpote non torno rotundata,

sed

Digitized by Google

sed dolabris vtcunque efformata. Egregie, sed nolo audax emendare δικοτά. Heathius omnem hunc locum sic ordinat: Ὀβελοὺς τ', ἄκρως μὲν ἐγκεκαυμένους πυρὶ, Ἕστις δὲ, δρεπάνῳ ἐκ, ἀλλὰ πελεκίσιν γναθοις, Λίτινάς γε σφαγίας, παλαίους κλάδους. Sensus igitur est: Et verua (admouit) igni, quorum summa quidem igne exusta fuerant, edolata vero non cultro, sed bipennium acie, instrumenta scilicet sacrificalia, qualia apud Aetnam in vsu erant, paliuri ramos.

v. 395. ἕτοιμα, supra v. 213. παρεσκευασμένα. θεοσυγὴς dicitur *qui Deum odit*, et *qui Deo inuisus est*. Prius occurrit in Rom. I, 30. ad quem locum etiam Suidas in hac glossa respexit, qui haud dubie sua habet ex Oecumenii ad l. l. dictis. Eodemque modo, i. e. significatione actiua, acceperunt Cyprian. Ep. 4, 1. et Luther. sed Vulgata versio significatione passiua. Alias, vt Troad. v. 1213. i. q. μισούμενος ὑπὸ Θεῶν, (Hesych.) θεοῖς συγὼμενος (Orest. v. 19.) vel θεομισὴς, (vid. Beck. Au. Aristophan. v. 1547.) Phot. Lex. Ms. παρὰ Θεῶν μεμισημένος, et opponitur τῷ θεωφιλῶ vel φιλοθέῳ; eodemque modo βροτοσυγὴς legitur apud Aeschylum. Vtraque significatio in nostro loco est commoda, Cyclops enim ob nefanda scelera necessario Diis inuisus esse debebat, sed idem etiam Deos odio prosequebatur, vnde etiam infra v. 598. θεοσυγὴς θὴς dicitur, et paulo post v. 601. his verbis explicari videtur, qui neque Deos neque homines curat. Haec loca non sunt neglecta a Kypkii diligentia in Obss. Tom. II. ad Rom. 1. l. Preuostus non accurate in nota vertit: *detestable cyfinier de Pluton* (in textu enim aliter reddit: *l'infernal festin*). Potius respondebat illud θεοσυγὴς, *haï des Dieux*.

v. 396. s. μάγειρος ᾠδὴ, ita MSS. Stephani, hoc recipio pro altera lectione δίδυ (quae est in ed. Aldin. Stiblini, quam etiam Brodaeus sequitur pro ἰδίδυ) vel διδοὺς (quod in margine legitur,) atque mecum consentiunt Florens, Barnes. Brumöus atque Preuostus. — Si enim legeremus δίδυ (ἰδίδυ) sen-

Digitized by Google

tenſus praeberet rem plane ſuperfluam: dedit ſc. vaſa etc. verum v. ἄδω in hoc contextu fortiter rem exprimit. μάγειρος, i. q. apud Homerum διακτορὸς, ὁ διακέμων τὰ κρέα, vel δακτρὸς, quod Schol. Viteberg. Lycophr. per μάγειρος, σφαγεὺς, interpretatur. Suid. ὁ τὰς μάζας μερίζων, ſupra v. 244. κρεανόμος. In Epigrammate Meleagri, quod edidit Cel. Schneider Peric. Crit. p. 83. ἄκρος ἐπὶ ψυχῆς ἐστι μάγειρος ἔρως. Quod haud dubie ex hoc loco noſtro ductum eſt. Locus haec verba noſtra illuſtrans eſt in Conſtantin. Manaſſ. Breuiar. hiſtoric. vbi de Domitiano pag. 82. ita ſcribit: Δικῶν αἱμάτων καὶ σφαγῶν μάγειρος τῶν ἀνθρώπων κρεανομῶν ἀσυμπαθῶς. Sanguinis et caedium auidus hominum coquus, citra commiſerationem carnibus humanis dilaniandis deditus. vid. Gataker. ad Antonin. de rebus ſuis L. VIII. §. 57. p. 257. ſ. qui monet, h. l. accipiendum eſſe de hominum efferatorum truculentia, qui congeneres ſibi mactent, oſſaque eorum in fruſta ſecent, velut ad lebetem. vid. Caſaubon. Athen. V, 4. φὼς, (ὀξυτόνως,) ἀνὴρ ſ. ἄνθρωπος apud Poëtas, (vt Homer. Il. δ, 194. et β, 164. Ariſtoph. Pac. 528. quod volunt a φῶ, ἅπτω deriuare) ſed φῶς (περισπωμένως) lumen. συμμάρψας, corripuit, i. q. συλλαβὼν, ſeu καταλαβών. vid. Schol. ad Homer. Il. φ. v. 489. et ξ. v. 346. ἐξαρπάσας Philo de Abrah. p. 374. in narratione de Iſaaci mactatione. Homer. in loco parallelo adhibuit ſimplex μάρψας. ἐυθμῷ, ordine, *nach der Reihe, recht nach der Ordnung.* Sic ni fallor, reſpondet lat. *ad numerum*, quod eodem modo Cicero adhibet. vid. Xenoph. Exp. Cyr. V, 4, 14. VI, 1, 8. Preuoſtus: *avec précaution.* Brumöus: *avec meſure et reflexion.* ἐυθμὸς eſt qui continet ἄρσιν et θέσιν. *nach dem Takt.* Melius videtur τίνι ἐυθμῷ, quod et Markland. in Cod. Pariſ. inuenit et probat. vid. eum ad Supplic. v. 90. ἔσφαξ, Florens. Sed ed. Stiblin. ἔσφαζ'.

v. 398. ff. ὡς κύτος, κοίλωμα, vt Schol. ad Pſ. 64, 7. vertit, ſimpliciter, i. q. ὡς λέβητα, vt Ariſtoph. Pac. v. 1224. κύτος θώρακος, vbi Schol. monet eſſe ſimpliciter θώρακα, et quos-

Digitized by Google

quosdam explanare per τὸ κοῖλον θωράκων, et addit τινὲς τῶν θωράκων ὑπὸ ἀλυσιδωτοί. χαλκήλατος, aere ductus, sic ἀσπὶς dicitur χαλκήλ. in Bacch. v. 797. ſ. et κώδων in Lycophron. 1434. Supplendum autem eſt nunc ἐφῆκεν (v. 400.) κατέβαλεν. Pro hoc vno vocabulo in Lycophron. eſt λεβητίζων v. 199. vbi tamen ſimul idea coquendi inſit. τένων, tendo, neruus, a τείνειν tendere, quia praecipue neruorum actio in intenſione conſiſtit. Alibi dicitur ita colli neruus intentus, Med. v. 1166. vbi vid. Musgrav. vel ceruix, vt in Lycophr. v. 1112. conf. Suid. in v. τένοντα et Phauorin.

v. 400. γ' ὄνυχα, Scaliger σόνυχα. ὄνυξ proprie vnguis, hinc extrema alicuius rei pars, vt h. l. ſaxi, i. e. angulum. vid. ſupra ad v. 158. Nempe omnes fere partes corporis humani de partibus rupium dicuntur. vid. nota Clotzii ad Tyrtaeum. Musgrauius allegat Nonn. Dionyſ. p. 51. vbi eſt ὄνυξ πετρᾶιος, vnde nihil hic mutandum exiſtimat. λίθον, male in ed. Ald. et Stiblin. pro λίθῳ, quod Brodaeus et MSS. E. et G. apud Musgrauium habent. πατάσσων, τύπτων ſc. τὴν κεφαλήν.

v. 401. ἐγκέφαλος, cerebrum. Egregie fallitur Apollodorus, qui teſte Athenaeo L. II. c. 24. p. 66. monet, Veteres voc. ἐγκέφαλον tanquam foedum repudiaſſe, idque male ex Troad. v. 1177. (vbi vid. Brodaeus et Musgrav.) et Trachin. Sophocl. v. 781. concludit. Sed Apollodorum iam refutauit Athenaeus l. l. Mirór ſagaciſſimum Brunckium ad Sophocl. l. l. vbi ipſa Apollodori verba refert, ſilentio praetermiſiſſe, quod certe aliqua admonitione egebat. Caeterum exempla addi poſſunt iis ab Athenaeo allatis, Euripid. Theſ. Fragm. L. II. Hippolyt. v. 1353. vt plura loca Homeri ſilentio praetermittam, in his v. c. parallelus cum noſtro locus Homeri Od. ι, v. 291. ſſ. laudari poſſet. ἐξέχεεν vel poteſt verti *tranſtitiue* (diſperſit) vel intel-

Digitized by Google

intellexerunt Preuoſtus, Florens, Stiblinus, vel *intranſitiue* (effluxit, promanauit.) Florens monet, ſe male olim legendum putaſſe ἄχρις ποδὸς, nam τένων πὰς hic dici, vt in Bacchis *pedis tendinem.* Pro καθαρτάσας autem idem non male legi exiſtimat κατασπάσας, eique Heathius aſſenſum praebet. λάβρος (quod differt a λάβρὸς teſte Cyrillo apud Biel.) i. q. σφοδρὸς, vehemens, valde auidus, vorax. Homer. Il. σ, 148. μάχαιρα, culter — vnde in Ariſtophan. Acharn. v. 849. ſ. inſtrumentum tonſorium, quo homines molles formaeque ſtudioſi tondebantur. vid. Heſych. Pollux Onom. L. II. —

v. 403. ſſ. τὰδ' Heathius: τὰ δ' ἐφῆκεν ὡς λ. vel eſt pro, ἐν λέβ. *iuſſit in lebete etc.* vel, *immiſit in ollam vt coquerentur.* χέων δάκρυα, ſupra v. 210. μεθιέναι. Homer. l. l. Ἡμῶς δὲ κλαίοντες ἀνεχθόμεν Διὶ χεῖρας, Σχέτλια ἔργ' ὁρόωντες. χείμπτεσθαι ſe admouere, accedere, i. q. ἐγχείμπτειν apud Homer. Il. ε. v. 662. (πελάζειν, ἐγγίζειν, vid. Suid.) χείμπτειν, quaſi χαμίπτειν, i. e. ταῖς χερσὶν προσεγγίζειν, manibus admouere, hinc ſimpliciter admouere, appellere. διακονεῖν, vid. ad v. 31. Sic potum praebere v. c. vinum, in Xenoph. Exped. Cyr. IV, 5, 33. ὄρνιθες vel gallinae ſunt, v. Caſaubon. ad Athenaeum pag. 45. I, 15. vel quia harum perfugia rupes non ſunt, columbae, quarum nota timiditas. πτήξαντες εἶχον pro ἔπτηξαν. Eodem modo Ariſtoph. Au. v. 851. συμπαραινέσας ἔχω pro συμπαρήνεσα, vt Schol. ſcribit l. l. ad quem vid. Cel. Beck. qui exempla allegauit, quibus addi poſſunt ex iisdem Auib. v. 1082. Eccleſ. v. 35. vid. Schol. Sophocl. Oedip. Col. v. 1134. vnde Suidas ſua habet in v. θαυμάσας ἔχω. Weſſeling. Var. Obſſ. I, 24. Valckenar. ad Euripid. Phoen. 712. Cel. Köhler. ad Galen. Protrept. ad litter. addiſcend. c. 6, 15. atque Hoogeuen. et Zeun. ad Viger. p. 343. Atque ita centies in Sophocl. vid. Brunck. Ariſtophan. Theſmophor. 706. Hanc loquendi formam Galli imitantur. ἄλλοι ſc. ἑτκίρων ἐν μυχ. π. vid. v. 194. 196. πτήσσειν autem, i. q. πτοᾶσθαι, conſternari, vnde prae metu



Digitized by Google

se contrahere seque occultare, (Suid. πτήξομεν, κρυβῆμεν.) ac proprie dicitur pro φεύγειν et φοβᾶσθαι. vid. Schol. Viteberg. Lycophron. in Ind. l. et Suid. h. v. qui laudat locum ex Aristophan. vbi haec sunt: ἀλλ' ἐκποδὼν πτήξομεν, quem nescit Kusterus. vid. Abresch. ad Aeschyl. T. II. p. 36. et Aristoph. Vesp. v. 1481. αἷμα ff. *Sie waren todtenbleich vor Schreck, das Blut erstarrt' in ihren Adern.* Ἀνακλίνειν h. l. sumto cibo accumbere. vid. hoc de verbo Thom. Mag. Minime recte Athenaeus hoc ἀνέπεσε accepit pro *ad mensam accubuit*, quod iam video notatum a Casaubono. Neque enim, vt ipsis Casauboni verbis vtar, ad cibum sumendum accumbit mensae eo loci truculentus Cyclops: sed post voratos duos ex Vlyssis sociis, epulis vinoque obrutus, grauia membra humi deponit, vt quiescat. Praecedit hic versus: ἐκ δ' ἑταίρων τῶν ἐμῶν πλησθεὶς βορᾶς Ἀνέπε. Et statim: Ὁ δ' ἔκπλεως ἦν τῆς ἀνακλίντου βορᾶς. Melius igitur accipias pro *supinus cecidit, iacuit*: vel pro verbo ἐκλίθη, quo infra vtitur in eadem sententia: Κλίθητι νῦν μοι πλευρὰ θεὶς ἐπὶ χθονός.

v. 408. ff. πλησθεὶς βορᾶς, Virgil. Aen. III, 630. *expletus dapibus.* αἰθὴς pro ἀὴς vt in Aristophan. Nub. 570. vbi vid. Schol. et Spanhem. Scaliger: φάεγγος αἰθὲς' ἐξιὸς βαρύν, non φάεγγος αἰθέ' ἐξ. βαρ. (Athenaeus p. 23. ἐξαιθὲς.) Sed non opus est. Sentio Scaligerum metri causa sic corrigere; verum φάεγγος penultima est breuis, vt v. 588. Musgrav. etiam laudat Homer. Od. ω, v. 373. βαρὺς, vel impurus vel terribilis, vtrumque hic locum habere potest, deuorauerat enim Cyclops homines. ἐνῆλθε — *in mentem venit aliquid diuini*, diuinum consilium, i. e. vel *a Diis quasi inspiratum* ex more temporum illorum, quibus insignis animi virtus atque eximia sapientia quasi a Deo inspirata habebatur. vid. S. R. Reinhard. *Ueber das Wunderbare und die Verwunderung. Ein psychologischer Versuch* (82). T. I. p. 360. vel *egregium, callidum*, quo optime e periculo imminenti liberari poterat Vlysses cum sociis. Vtrumque inuoluit versio Preuosti:

Les

Digitized by Google

*Les dieux m'inſpirent une heureuſe penſee.* Nam θεῖον, vt *divinum* apud Latii ſcriptores, vtroque modo adhiberi conſtat. Alter ſignificatus qui praeſtantiae, excellentiae ideam adiunctam habet, ſtatim in v. 414. reperitur. ἐπέχεσθαι dici de cogitationibus et affectibus animum ſubeuntibus cum tertio et quarto caſu ex Ioſephi, Dionyſ. Halic. atque Euripidis locis illuſtrauit Kypk. in Obſſ. ad Luc. 9, 46. vbi et noſtrum locum allegatum inuenies. Inprimis vid. Valckenar. ad Euripid. Phoenn. p. 464. Alibi eodem ſenſu occurrit ἐπέχεσθαι. vid. Reisk. Ind. Demoſthen. Euripid. Iphig. Aul. 57. atque ὑπέχεσθαι, quod tamen in dubium vocat Barneſ. ad Med. v. 57. vid. Valckenar. ad Phoenn. v. 1379. Homer. l. l. κακὰ βυσσοδομεύων ὅπως τισαίμην· δύη δέ μοι εὖχος Ἀθήνη. Ἥδε δέ μοι κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή. Virg. in L. III. Aen. v. 623. *Vidi egomet, duo de numero quum corpora* (quod elegantius eſt quam *viros*) *noſtro Prenſa manu magna medio reſupinus in antro Frangeret ad ſaxum*, (quod magis ad Euripidem accedit, quem ab Heynio V. S. omiſſum ad locum Virgilii miror) *ſanieque exſperſa natarent Limina: vidi atro quum membra fluentia tabo Manderet et tepidi tremerent ſub dentibus artus.* Ouidius Metamorph. L. XIV. v. 205—209. *vidi bina meorum Ter quater affligi ſociorum corpora terrae. Quae ſuper ipſe iacens, hirſuti more leonis* (hic Homerum ante oculos habuit)

*Viſceraque, et carnes, obliſisque oſſa medullis,*
*Smeanimesque artus auidam condebat in aluum.*
*Me tremor inuaſit, ſtabam ſine ſanguine moeſtus.*

(αἷμα δ' οὐκ ἐνῆν χροΐ). Comparandus etiam cum noſtro v. 304. ſſ. eſt locus in Sophocl. Trachin. v. 781. quem egregie nuper vertit Generoſ. Stollberg. Ibi inter alia, quae Hyllus de Herculis crudeli morbo atque dolore nefando, etiam haec narrat: *Da faßt er Liehas bey dem Fußgelenk, und ſchleudert' ihn an einen Klippenfels im Meer, das aus zerſchellter Scheitel Blut und weißes Hirn vom Haar hinab ihm rann.* Niſi



Digitized by Google

fallor, haec descriptio Sophoclea superat hanc Euripidis nostram. Verba graeca sunt:

Μάρψας ποδὸς νιν, ἄρθρον ἢ λυγίζεται,
Ῥίπτει πρὸς ἀμφίκλυστον ἐκ πόντου πέτρας
Κρατὸς δὲ λευκὸν μύελον ἐκραίνει μέσου,
Διασπαρέντος αἵματος, κόμης θ' ὁμοῦ.

v. 411. ff. Μάρων, pro vino a Marone accepto vid. supra v. 141. Reiskius: μάρωνος οἴνου. ποντίᾳ θεῷ, vid. 285. σκέπτειν h. l. vel praegnanter positum est, vel simpliciter notat gustare; vnde etiam Prenostus iam vertit per *gouter*, est i. q. θεᾶσθαι, ὀρᾶν, quae verba dicuntur de sensibus omnino. οἷον θεῖον, *quam excellens, praestans*, vt etiam Latini voc. diuinus vsurpant, quod nos in vernacula lingua imitamur. vid. ad v. 410. Κομίζειν est *colligere* per vindemiam, quemadmodum etiam dicitur de messe. Ergo Graecia colligit, sive in Graecia colligitur. κομίζειν non de arboribus dicitur, nec de terra. Illa verba Διονύσου γάνος in appositione posita sunt cum v. πῶμα. γάνος, oblectamentum cf. L. Bos. ad Thom. Mag. v. γεννήματα. χαρά, Eustath. Il. β. v. 189. hinc vel simpliciter vinum ita nuncupatur, vel iungitur hoc significatu v. ἀμπέλου. vid. Suid. qui ad locum Anthology. Lib. VI. c. 7. Epigr. XI. respexit. Eodem modo οἰνάνθαι (gemmae) vocantur γάνος ἀμπέλου in Aristophan. Ran. v. 1320. In Nostri Bacch. v. 381. Aeschyl. Pers. v. 616. vbi vid. Schol. Hinc γανᾶσθαι in Aristophan. Acharn. v. 7. laetari, vbi Schol. interpretatur per χαίρειν, φαιδρύνεσθαι. Eandemque ob causam in Hesiod. ἐ. καὶ ἡ. v. 614. vuae dicuntur δῶρα Διονύσου πολυγηθέος, et Virgilius Aen. L. I. v. 734. Bacchum vocat *laetitiae datorem*. vid. Cuper. Obss. p. 170. et Musgrav. ad Supplic. v. 1150.

v. 415. ff. ἔκπλεως, πλήρης. ἀναίσχυντος dicitur βορᾷ, quemadmodum supra vocabatur δυσσεβής, v. 288. σπᾷ inprimis dicitur is, qui magno hausto bibit, poculum exhaurit et

Digitized by Google

et exsiccat, Latinor. *trahere pocula*, vt Horat. Epod. Od. 14, 3. et *ducere* apud eundem Od. I, 17, 21. atque *educere*, Plaut. Amphitr. I, 173. Suid. vertit per: ἐκπίνειν, vid. eum in v. σπασάμενος. Sic etiam Athenaeo L. XIV. init. Alexander λαβὼν ποτήριον καὶ ἕσπασεν γενναίως. In nostro loco additur adhuc ἑλκύσας. Barnes. ἕσπασεν τ'. Scalig. ἐξέσπασ' ἄμ. ἄμυσις est genus poculi, vid. Aristophan. Acharn. v. 1227. ibique Biset. (ed. Brunck. v. 1229.). Eustathio teste est εἶδος ποτηρίου (alius addit φιλαλώδες, scribe potius φιαλώδες, quod etiam Suid. habet l. infr. laud.) παρὰ τὸ μὴ μύειν τὸν ἐξ αὐτοῦ πίνοντας, διὰ τὸ εὔκολον τῆς πόσεως. καὶ ἄμυσις πόσις, ἣν τις πίνει μὴ μύσας. ὅθεν τὸ ἀμυσίζειν, (quod infra v. 562. occurret) τὸ ἄθρει καὶ ἀπνευστὶ πίνειν, ὅπερ οἱ ποιηταί, ὡς φασὶν οἱ παλαιοὶ κατὰ τὸν Πλάταιχον, ἤκουσε μέθαις περιπίπτουσιν. vid. Suid. in v. ἀμυσὶ πιών. ἄρας χ. *sublatis ad coelum manibus* sc. λέγων τάδε. Charissime hospes etc. δαὶς, coena, conuiuium, vnde δαίνυμαι supra v. 325. Sic Aristoph. Pac. v. 779.

v. 421. ff. δρώσω, sic Stiblin. Aldin. et Flor. Christ. sed Canter. τρώσω, qui confert Odyss. Lib. XXI, v. 293. cui assentitur Musgrav. qui diserte illud exhiberi a MSS. E. G. scribit. Illud δρώσω, quod forte pro τρώσω scriptum est ob statim sequens δώσω, esset: *quid vinum in ipsum posset* s. *valeret*, — *noueram vinum ei damnum esse illaturum*. De hoc significatu voc. δρᾶν supra ad v. 131. diximus, vbi nos vide. Etiam Hebraei, vt in Ps. 120, 3. *quid potest lingua mendax facere*? ita vsurpare h. v. solent. Ergo illud τρώσω eodem rediret, nam idem sensus in verbo δρώσω esset cogitandus. τρώω enim vel τιτρώσκω est βλάπτω. δίκην διδόναι, i. q. δ. τιμωρίαν, poenas dare. Sic infra v. 689. Aristoph. Plut. v. 947. Equit. v. 710. τάχα autem h. l. eodem modo adhibetur, quo supra v. 51. legimus. πρὸς ὠδ. ἕρπ. ἕρπειν pro ἰέναι, ὁρμᾶσθαι. Virgil. Aen. — *Ire in lacrimas. Nunc cantare coepit*, quemadmodum nos fere loqui amamus: *Nun ging's an ein Singen* pro *Nun fieng er an zu singen*. Quemadmodum



Digitized by Google

Galli: *Il en vient aux chanſons.* παρὰ κλ. i. e. *dum ſocii* in receſſibus antri latentes *eiulant, ille canit,* ἄμυσα, *incondita.* ἄμυσος, ἀπρεπὴς καὶ ἀνάξιος τῶν μυσῶν Schol. Ariſtophan. Theſmoph. v. 166. (159. ed. Brunck.) Suid. ἀτερπὴς, ἀηδὴς, ἀπαίδευτος. *Disperdit miſerum carmen,* vt cum Virgil. Bucol. Ecl. III. v. 27. loquar.

v. 426. ſſ. σιγῇ, vt σιωπῇ, σπουδῇ, aduerbialiter, *tacite,* Ariſtophan. Pac. v. 1053. vid. Beck. ad Au. v. 1222. σῶσαι, a periculo liberare, ne ſcilicet Cyclops nos quoque deuoret, vt fecit ſociis. σώζειν, a periculo liberare, ſaluum atque incolumem aliquem ſeruare, alicuius vitam ſeruare. Hinc σώζεσθαι, ſaluum redire in patriam, quae idea etiam hic ſpectatur, vt v. ſſ. patet. vid. Zeun. Ind. Xenoph. Anabaſ. Cyr. θέλω, *promtus atque paratus ſum,* dummodo volueritis, propoſito fauere meque adiuuare. χρήζειν, i. q. βούλεσθαι. vid. Schol. Ariſtophan. Nub. v. 358. conf. Theſmophor. v. 751. deſiderare, cupere. ἄμικτος, ὁ μὴ μιγνύμενος. Suid. Qui conſortium hominum auerſatur; vnde ἄμικτος χαῖα apud Noſtrum, et ἄμικτος τόπος Iſocrati in Euagor. c. 12. nuncupatur terra, cuius incolae conſuetudinem et conſortia hominum auerſantur, quosque ob morum aſperitatem, inde ortam, alii fugiunt nec cum iis amicitiam colere volunt. Hoc apparet ex iis, quae l. l. c. 9. fin. leguntur, vbi dicit ſcriptor antequam Euagoras potitus fuiſſet imperio, ita feros fuiſſe atque immanes, vt eos principes iudicaſſent optimos, quicunque crudeliſſime affecti in Graecos fuiſſent. vid. Amiciſſim. Findeiſ. in Ind. Iſocrat. Euagor. et Reisk. in Indic. Demoſthen. Bene ergo exprimitur a Preuoſto per francogall. *inſociable,* pro quo Brumöus hab et: *ennemi de l'humanite.* Hinc omnino *intractabilis,* atque de leonibus, exercitu dicitur etc. vid. Cel. Reichard. in Ind. Lycophron.

v. 429.

Digitized by Google

v. 429. ναΐειν μέλ. B. Idem videtur significari quod infra aliis verbis in fine huius fabulae legimus, δελεύειν Βακχίῳ. μέλαθρον, κυρίως λέγεται τὸ μέσον τῆς στέγης ξύλον, τὸ ὑπέρτονον καλούμενον, ἀπὸ τοῦ μελαίνεσθαι ὑπὸ τοῦ καπνοῦ. τινὲς δὲ τὸν στρόφον. ἐκ δὲ τούτου καὶ ὁ ὅλος οἶκος μέλαθρον καλεῖται, ὡς καὶ ἀπὸ τῆς ἑστίας τοῦ πυρὸς τὸ ὅλον οἴκημα ἑστία ὀνομάζεται. vid. Schol. Aristoph. Thesmoph. v. 41. Ex eo forte Suid. sua descripsit, nisi quod pro nostro ἀπὸ habet παρά. Caeterum inprimis Tragicis μέλαθρον dicitur pro οἶκος vel οἴκημα, vt apud Nostrum in Alcest. init. atque alibi centies. vid. Cel. Beck. ad Au. Aristoph. v. 1247. Δαναΐδων, sic ed. Stiblin. Ald. Florent. quod tuetur Barnes. Casaubonus mauult Ναΐδων, (Nymphas enim, Bacchi comites, passim poëtae Naiadas appellant, nunquam Danaides nec Graecas) sed Musgrav. praefert Ναϊάδων, atque contra Barnesium negat, Chorum inter Graecas puellas versari cupere, quippe quibus nulla fuerit consuetudo cum Satyris, verum inter Naides (quae eaedem cum Naiadibus. vid. Serv. ad Virg. Ecl. X, 10. Voss. Etymol. p. 395. et Theol. Gent. l. 2. c. 80.) Bacchi satellites Panumque et Satyrorum comites perpetuas. vid. loca ab eo laudata. — Sed nonne Euripides vti potuit vocabulo generis pro voc. speciei? Cum Nymphis vtique consueuerunt omnes Bacchi assectae. Photius Lex. Ms. νυμφόβατ, ὁ Σιληνὸς, τῶν νυμφῶν ἀνήρ. Naiadum mariti sunt Panes, vid. Strabon. p. 470. Theocrit. Id. 4. v. 63.

v. 430. ff. Nunc Vlysses fingit patrem ipsum approbasse consilium illud, sed eum nimis indulgere potui neque posse ab ista re abstrahi. Quam callide! hoc enim maximopere vero simile videri debebat Satyris, quippe non ignorantibus, patrem esse talem, qualis nec periculo summo imminente a poculis reuocari poterat. ἔνδον, sc. ἐν ἄντρῳ. ἀποκερδαίνειν, i. q. simplex κερδαίνειν luerari. vid. Salmas. de Mod. Vsur. p. 129. Ἀπὸ saepius in compositione auget, notatque in h. l. crebro, nimium lucrari potum, κερδαίνειν enim omnino est aliquid ex aliqua re habere, percipere, hinc sae-



Digitized by Google

pe ſynonymum cum εὐφραίνεσθαι. Voluptatem atque gaudium e potu percipit. Buddeus in voc. ἀποκεχδαίνειν h. l. ſic vertit: *nimis deditus potui et quaſi viſco detenta auicula ei inhaerens.* Ergo fere h. l. eſt pro ἀποχρᾶσθαι. Florens: *vino madens etc.* Preuoſtus quoad ſenſum: *ne ſonge qu'à boire — pris à la glu — et qui agite vainement ſes aîles — il ne peut ſe détacher de la coupe qu'on lui préſente.* Brumöus: *ſemblable à un oïſeau dont les aîles ſont engluées; il eſt retenu par l'odeur du vin.* Nos fere diceremus: *Er genießt den Trunk zu ſehr, er hört gar nicht auf zu trinken.* Neque vero mutauerim vulgatam lectionem in καὐπακηδαίνων, quod Musgravius coniicit. Hoc autem eſſet: *iam a potu curas omnes ejecturus* (ἄκη δαίνων) incipiens. Eidem non diſplicet καὐπακεχδαίνων π. i. e. βεβλαμμένος ὑπὸ ποτοῦ, vnde laudat Pindar. Olymp. I. Epod. 2. vbi ἀκεχδεία, i. q. βλάβη. ἰξὸς (i. q. ἰξία) viſcus, quo aucupes ad aues capiendas vtuntur. vid. Suid. Apud Suid. reperitur gloſſa quaedam: λελιημένος, προθυμούμενος. Canterus pro noſtro λελημμένος, mauult λελησμένος (i. e. oblitus) quod recte tanquam ἀπροσδιόνυσον hoc loco Florenti videtur; vnde retinendum cenſet λελημμένος vel λελαμμένος, i. e. captus et victus. Idem etiam vult Caſaubonus, qui monet phraſin λελῆφθαι πτέρυγος et pueris notam eſſe, vnde legit et diſtinguit: ὥσπερ πρὸς ἰξῷ τῇ κύλικι, λελημμένος πτέρυγος, ἀλύει. Idemque loçum hunc elegantiſſimum eſſe cenſet. Caeterum vid. Suid. in v. πτερυγίζειν qui ſua deſcripſit ex Schol. Ariſtophan. Plut. 575. ὥσπερ, ſc. ὄρνις ſ. πετηνόν. πτέρυγας, Caſaubon. mauult πτέρυγος. Musgrauius: λελημμένος πτέρυγα, σαλεύει. Hoc enim σαλεύειν, quod de modica fluctuatione dicitur (cum contra noſtrum ἀλύειν de graui mentis perturbatione vſurpetur) melius putat cum νωθρείᾳ Sileni conuenire. ἀλύειν quod attinet, Suidas haec habet: τὸ ἐν ἄλῃ δυσφορεῖν. Σημαίνει δὲ ἐνίοτε, καὶ τὸ γεγηθέναι, ἀπὸ τῆς ἀλέας καὶ διαχύσεως. Ὅμηρος (Od. Σ. v. 332.) Ἡ ἀλύει, ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην. Cum in verbis prioribus laudatis ſenſum nullum reperirem, ſuſpicabar forte legendum eſſe τὸ ἐν ἄλῃ ἅπαν, quod primitivus

Digitized by Google

vus mihi h. v. significatus videbatur, *in errore esse, non secum esse, nescire quid agas*, *ausgelassen*, *ganz außer sich seyn*, vnde putabam bono sensu ita dici h. v. *prae summo gaudio exultare*, *vor Freude ganz ausgelassen seyn*, et sensu deteriori *animo perturbari*, quasi in calamitate nescire quid agas, quo te vertas. Sic Sophocl. Philoctet. v. 174. ἀλύω, vbi glossa (ἀλγῶ, ἀπορῶ.) a Cel. Brunck. notata. — Sed postea vidi scribendum esse ἐν ἄλλοις δ. atque voc. σημαίνει ad antecedentia trahendum, porro illud δὲ, quod ante ἐνίοτε legitur, ponendum post h. v. atque καὶ, quemadmodum τὸ ab initio obvium, esse omittendum. Hanc enim emendationem confirmari video ab enarratore Sophoclis ad Electr. v. 139. (135. ed. Brunck.) quem locum nec Kusterus, nec Toupius, nec alius Interpres vidit, quantum equidem scio. Igitur ἀλύειν atque ni fallor, frequentius, est: moerore confici, vt Sophocl. Oedip. Tyr. v. 714. sed etiam gaudio exultare, laetari. Hae significationes centies in Plutarcho reperiuntur, id quod ipse Eustath. ad Homer. Od. Σ. 332. et Il. ε. pag. 555. ed. Rom. monet. Atque ipse Plutarchus in Lib. de audiendis poëtis c. V. init. notat ἀλύειν interdum esse ἀντὶ τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι, alibi vero ἀντὶ τοῦ γανυσθαι (gestire) καὶ χαίρειν, laudatque locum Homeri, a Suida et Sophoclis enarratore supra allegatum, vid. copiose de h. v. differentem Krebsium ad Plutarch. l. l. vbi, quod miror, nihil de illo loco a Suida e Scholiast. Sophocl. descripto, monet. Vulgo has significationes h. v. diuersas ita constitui animaduerti, vt cum denso spiritu scriptum notet *laetari*, cum leni autem, *moerore affici* (ἀδημονεῖν, δυσφορεῖν) Didymus vtrumque cum spiritu leni scribit, sed magis atticum censet Suidas, (qui omnino in h. v. videndus est,) si cum denso spiritu vtrumque scribatur. πτέρυγας ἀλ. *alis langueſcit* vel *haesitat*, non potest euolare, i. e. discedere, se abstrahere a potu. Poëta in metaphora incepta, ab auicula capta visco petita, pergit.



Digitized by Google

v. 434. f. σώζεσθαι, h. l. vt ſupra, e periculo liberari, periculum effugere, vitamque ſeruare. νεανίας, opponitur Sileno γεραιτάτῳ πατρὶ, qui ἀδύνης eſt. Satyri autem, filii, iuuenes adhuc ἐνδύσει, neque vero hoc tantum ad vires roburque iuuenile ſpectat, quo opus eſſet ad peragendum tale quid, quod Vlyſſes per eos efficiendum volebat, verum etiam ad animum fortem, quo iuuenes illud inceptum ſummo cum periculo coniunctum moliebantur, a quo longe alienus eſt animus ſenis timidi atque vecordis. ἀνάλαβ', ὦ Κύκλ. etc. Sic Florens et pleraeque editiones ex Henr. Stephani emendatione. Verum Ed. Aldin. et Stiblin. ἀναλαβῦ K. quod reiicit Brodaeus in notis et priori poſtponit, cui ego quoque aſſentior. Barneſius, ſi ſeruetur lectio ἀναλαβῦ K. ſenſum putat ita poſſe explicari: Διόνυσον ἀναλαβῦ Κύκλωπι προσφερῆ, φυτέυειν, ὁμοίως Διόνυσον σὸν Δεσπότην, ἀναλαβῦ, ὡς καὶ νῦν τὸν Κύκλωπα δεσπότην ἔχεις. προσφερὴς, vt alibi ἐμφερὴς (vid. Suid.) προσεμφερὴς et παρεμφερὴς apud Euripidem, i. q. ὅμοιος. v. c. Helen. v. 597. et alibi. vid. Valckenar. Diatrib. c. 1. pag. 6. vbi nec locus noſter eius diligentiam effugit. Suidas: προσφερῆς, ὁμοίας, pro quo legendum ſuſpicor προσφερὴς, ὅμοιος, locus enim allegatus Nominatiuum ſingularis numeri profert. — Profecto maximopere diſſimilis Cyclopi erat Bacchus laetitiae dator, qui minime amicos atque cultores nefanda ratione diſſecabat atque deuorabat, vbi non metus terribilis, lacrymae et querelae locum habebant ſed vini amorisque larga erat copia. Quanquam hanc diſtantiam Cyclopis a Baccho accuratius meliusque, quod huius loci erat, deſcribi potuiſſe a poëta, negari non poteſt, tamen pauca, quae hic et paſſim v. 63. ſſ. in fabula reperimus, ſufficiunt. Sic in paulo antecedentibus ἀμίκτος ἀνὴρ (quem conferamus cum Baccho) μέλαθρα βακχίου (heu quanta diſtantia a regione Cyclopis horrida, antroque vaſto) Δαναΐδες νύμφαι (quis non maluerit praeferre eas Cyclopi abominando, maxime inhumano et crudeli, ac ſocietati ouium, caprarum etc. v. 34. 35.) Vnde hoc deſiderium in Satyrorum

Digitized by Google

rum animis excitatur, ἀ γαῖε, i. q. ἄϑ' ὄφελε in Med. init. et alibi, Abreſch. ad Aeſchyl. Sept. adu. Theb. v. 262. p. 253. ed. Schütz. T. I. vid. Valckenar. ad Euripid. Phoenn. v. 761. Brunck. ad Sophocl. Oed. Tyr. 80. Ariſtophan. Nub. 41. ſed ἀ ſine γαῖε ſimpliciter non vſurpari, iam oppoſuit Vigero Hoogeuen. qui haec ſcribit: Nunquam, quod ſciam, per ſe ſolum, ſed coniunctum cum particula γαῖε, vt ex exemplis ſubiectis patet etc. Idemque poſt Valckenarium l. l. probat Zeunius ad Viger. l. l. Non recte, vt equidem ſentio, nam v. c. Sophocl. Oedip. Tyr. v. 644. ἄ μοι ϑέμις γ' ἦν vtinam mihi liceret. Vnde minime vituperandus erat Vigerus, qui notat ἀ per ſe ſolum aliquando ſumi pro ἄϑε, i. e. vtinam. Cum Hoogev. duplicem ellipſin ſtatuit Zeun. ad Viger. p. 488. Iisdem fere verbis vtitur Chorus apud Ariſtophan. Pac. v. 346. ἀ γαῖε μοι γένοιτ' ἰδεῖν ταύτην τὴν ἡμέραν ποτέ. ἡμέραν ἰδεῖν eſt tempus aliquod viuendo attingere, inprimis, quod auide cupideque exſpectas et optas. Nam ἰδεῖν eſt etiam experiri, rem experientia percipere, vt in N. T. aliquoties. Praecipue huc pertinet Ioh. 8, 56. vbi ſunt illa notiſſima, Abrahamus ἠγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν. Sic Homer. Odyſſ. ε. v. 220. Vlyſſes optat νόστιμον ἦμαρ ἰδέσθαι. vid. Kypk. Obſſ. ad h. l. T. I. vbi et noſtrum locum citatum reperies. ἡμέραν autem pro tempore poni, non tantum in elegantiſſimis ſcriptoribus, verum et in N. T. libris, tralatitium eſt: vide etiam quae de ἰδεῖν ſupra ad v. 154. ſcripſimus.

v. 437. ſſ. ἀνόσιον κάρα Κύκλωπος, periphraſis inhumani Cyclopis. Sic, ſenſu tamen longe meliori, Antigone Sophoclis diuina Ismenen blande compellat κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα pro ſimplici ἀδελφὴ Ἰσμήνη. vid. notul. primam, in edit. quae Goett. an. 88. prodiit. ἀνόσιον autem dicitur (poëtice ἀνόσιον Oreſt. v. 481.) eadem de cauſa quae ſupra aliquoties adfuit. Eodem modo legimus in Herc. fur. v. 255. pro quo ibid. v. 567. reperitur ἀνόσ. κρᾶτα. ἐκφυγών, paulo poſt

Digitized by Google

poſt καταφυγῶν. διὰ μακρὸ ſc. χρόνου ſ. διαστήματος χ. longo tempore. Nam διὰ cum Genitiuo iunctum etiam notare interuallum, conſtat. Dionyſ. Halic. L. III. p. 254. Viger. l. l. pag. 567. Longo temporis interuallo χηρεύομεν, ἐστερήθημεν, nam χηρεύειν eſt ἐνδεῆ καὶ ἔρημον εἶναι. τὸν σίφωνα, Reiskius: τῶν σιφώνων τῶν φίλων χηρεύομεν, τόνδ' οὐκ ἔχοντες ἐκφυγῶν. Scaliger leui mutatione mauult θηρεύομεν, (quod rectius videtur Barneſio, quia χηρεύω potius Genitiuo quam Accuſatiuo gaudere videatur, quemadmodum Homer. Od. ι, v. 124.) Heathius autem σίφωνος τῦ φίλου. Scaligeri emendationem probat Musgrauius, ſi cum Barneſio interpreteris fiſtulam, qua vinum ex doliis furtim exſugitur. Idem vero recte iudicat, Satyris cum Baccho verſantibus Deum affatim vinum ſuppeditaſſe, neque iis tali tum artificio opus fuiſſe, et legendum arbitratur τὸν σίφωνα τὸν φίλον χηρεύοντι τόνδ', οὐκ ἔχομεν καταφυγῶν, queri enim chorum, ſe, cum apud Cyclopem foeminarum conſuetudine careat, nullo modo libidinem reprimere potuiſſe. Sed quanquam ex Satyrorum ore talia prouenire poſſe non negauerim, tamen nolo plura iis imputare, quam quae certiſſime iis iniungi poſſunt. Praeterea caſtitatis morumque bonorum amans Poëta, etiam hic ſibi legem certam praeſcribere debet, ne omnia detegat perſonasque eloqui iubeat quae alioquin ſane liceret. Iam σίφων multas admittit notiones, quas ex parte illuſtrauit Musgrauius ad h. l. qui laudat Ariſtophan. Thesmoph. 564. (v. 557. ed. Brunck. ibi legitur σιφωνίζειν τὸν οἶνον) Iuuenal. Satyr. VI, 309. Heſych. Polluc. σίφων, Lat. ſiphon, de quo omnino videndus Kuſter. ad Ariſtophan. l. l. canna ſ. ſtipula, vt Iuuenal. l. l. hinc tubulus. Deinde inter alia etiam ſignificat inſtrumentum, quo vinum de dolio abſtrahitur. vid. Buchner. ad Plin. Epiſt. L. X. Ep. 42. ſed nec h. l. nec alibi videtur eſſe vas potorium, quod Brodaeus vult, quem iam refutauit Barneſius, multo minus quos Brodaeus attulit Heſych. et Pollux (Onom. Lib. I. c. 2.) hanc ſignificationem confirmare videntur. Recte tamen Brod. interpretatur: *a vino abſtinemus.* Nam hoc in-

primis

Digitized by Google

primis Satyri tamdiu a Baccho ſemoti deſiderare debebant. Vnde bene circumſcribit Preuoſtus in verſione: *privés du plaiſir de voir le vin couler dans l'entonnoir ſans pouvoir nous dérober a joug du tyran*? Sed ſane nimis libere haec vertit Brumöus: *pr. de nos anciennes fêtes.* Etiam Caſaubonus v. σίφων inter iocoſa refert, atque de poculo intelligit, et monet perperam de fiſtula accipi, nam h. v. ſignificare infundibulum, h. l. cogitandos eſſe Cantharos aut ſcyphos grandes, quales vulgo Satyris et Silenis tribui ſoleant, ſed mire hac voce exprimi vini auiditatem. Illud οὐκ ἔχομεν vel eſt: ὃ δυνάμεθα, vel οὐκ οἴδαμεν ὅπως κ. Nam Vlyſſes nunc dicit, qualem effugiendi rationem excogitauerit. Neque vero opus eſt admonitione, verbum ἴσμεν ſequente Infinitiuo eſſe *ſcire.* vid. Viger. p. 247. Plat. Apolog. §. 4. Hinc bene Brumöus addit: *mais le moyen de ſortir de ces lieux*? Pro noſtro καταφυγῆν Ed. Ald. habet καταφαγῆν, cum qua Musgrauio teſte conſentiunt MSS. E. G. ſuperſcripto tamen καταφυγῆν. Sed noſtrum praefert recte Brodaeus, atque facile υ et α potuere permutari. Deinde quid ſibi vellet καταφαγεῖν? Inprimis ſi ad reſponſum Vlyſſis reſpexerimus — vbi in fine nominat δυλείας φυγήν. Heathius cum Scaligero legit κατεκφυγῆν, neque enim (monet ille) dici poſſe καταιφυγῆν, nec φ eſſe ἐκτατικὸν, quod Barneſius ſomniabat. Canterus mauult: τόνδ' οὐκ ἔχοντες ἀποφυγῆν. Coniecturam Chriſtiani ἔχοιμεν ſtare poſſe ſine ἂν negat, ſin vero, monet idem, cum Stephano legatur οὐκ ἂν ἔχωμεν καταφυγῆν, metrum fore paullo iucundius. Pro τόνδ' ſcribit τὸν δ' *iſtum vero*

v. 440. ff. ἢν ἔχω τιμωρίαν, — φυγὴν, quomodo vlcisci velim, vt tu e ſeruitute liberari poſſis. φυγὴ, ratio qua fuga euadere poſſis ſeruitutem. Iam Cyclopem nominat θὴρ παυσῆργον. παυσῆργος, vſurpatur vel in bonam, vel in malam partem. vid. Interprett. ad 2Cor. 12, 16. Fiſch. Spec. Clav. Verſſ. Grr. h. v. Thom. Mag. h. v. ibique Interpretes, et quae nos ſcripſimus nuper in diſputatione ad Epheſ. 4, 11—16. pag. 16.

Gram-

Digitized by Google

Grammatic. Vett. κυρίως μὲν ἐστι ὁ πᾶσιν ἔγχους ἐπιβάλλων, ὁ δραστήριος (thätig, wirksam) καὶ ἐνεργὴς, hinc dicitur de eo, qui consilium dat in actionibus atque cogitationibus prauis. v. Luc. 20, 23. Hippolyt. 940. 1401. Igitur omnino est is, qui in omni re est versatus, talis autem cum astutus et vafer esse soleat, etiam pro callido, prudenti nec non falláci et fraudulento, atque omnino de improbo, malo homine adhibetur. vid. Aristophan. Plut. v. 37. Thesmoph. 865, 906. In Xenoph. Exped. Cyr. II, 5, 29. VI, 26. de eo legitur, qui malis in artibus est versatissimus. θὴς et θηρίον, nomen est, quo afficiunt Graeci eum, quem summo contemtu habent et abominantur. Locum ex Aeschine citatum reperies in notis Brodaei. Simili ratione Lycophron Cyclopem nominat δάκος τυφλωθέν. *Multo lubentius Cyclopem mortuum, quam lyrae Asiaticae sonum audiremus.* ψόφος, omnino est strepitus, v. c. ianuae (Aristophan. Ran. 604.) foliorum in ignem positorum (eiusd. Vesp. 436.) λωτῆ tibiae (Euripid. Bacch. 686.) h. l. sonus lyrae. Reiskius legit ψόφων aut ψόφῳ, quod ipse praetulerim. κιθάρα, de qua multa disserit Spanhem. ad Aristophan. Nub. v. 1360. dicitur Ασιάδος (alibi Ἀσιάτις) quia primum a Lydis in Asia inuenta credebatur. vid. Schol. Apoll. Rhod. Lib. II. 777. Ἀσίνι δὲ ἐνταῦθα τὴν Λυδίαν φησίν. οὕτω γὰρ ἡ Λυδία πρότερον ἐκαλεῖτο. διὸ καὶ ἡ κιθάρα Ασιὰς ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐν τῇ Λυδίᾳ πρῶτον εὑρεθῆναι. καὶ Ομηρος (Il. β, 461.) Ασίῳ ἐν λειμῶνι. Suidas in Asia, Lydiae vibe, in Tmolo monte sita, citharam trium chordarum inuentam scribit. vid. eum in v. Ἀσία, vbi etiam ad Aristophan. Thesmophor. 120. respexit, vbi post voc. Ἀσιάδος κρέμματα voc. κιθάρας subintelligendum esse monet. Etymol. M. Ἀσιάδος κρούματα, τῆς κιθάρας. — ἡ τρίχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται. εὕρηται δὲ, ὅτι ἐν Ασίᾳ τῇ πόλει τῆς Λυδίας κειμένῃ ἐν Τμώλῳ πρῶτον εὑρέθη. Scilicet interdum voc. κιθάρας omittitur atque simpliciter occurrit Ἀσιάτις, vel Ἀσιάτιδος vel Ἀσιάδος κρέμματα, cuius quidem ellipseos ignoratio certe in aliquo loco Aristophanis (Thesmoph. 120.) effecit, vt Bourdinus atque Biſetus, no-

Digitized by Google

notissimi Aristophanis enarratores, subintelligerent v. γῆς existimarentque in l. l. de terrae pulsatione s. saltatione sermonem esse. Ita enim Bisetus scribit: κρέμματα, κτυπήσεις καὶ χορεύσεις, et Bourdinus: κρέμματα, λέγω τῆς Ἀσιάδος, δηλονότι χώρας, ἥτε τῆς Ἀσίας. vid. Spanhem. Callimach. pag. 467. (Barnesius notat, molles Asiaticos praecipue citharae studuisse, ac huc referri debere Plutarchi de fortuna Alexandri M. locum quendam, quem in eius notis vide). Hanc autem citharam admodum frequentem in Bacchi castris fuisse probat Musgrav. h. l. ὀλωλότα, sc. nuntium de mortuo Cyclope. ἐπὶ κῶμον ἕρπειν, commessatum ire, vid. ad v. 39. et 345. vbi de vtroque voc. plura monuimus. Hoc vnum addam, Valckenarium alias Virum graece doctissimum aliquid humani passum videri, dum ἕρπειν Tragicis vsitatum neget, quo sensu dorice scribentibus quibusue frequentetur pro ἔρχεσθαι. Exemplis innumeris eum refutare si conarer, ipse aliquid humani passus viderer. Hoc iam (vt nunc video) admonuit Cel. Beck. Specim. ad Euripid. Hippolyt. p. 10. κασίγνητος, infra dicitur v. 507. ἀδελφὸς, ex κάσις et γένομαι, ex vtroque seu altero parente germanus frater; vnde Suid. interpretatur per ἀδελφὸς γνήσιος. vid. Homer. Il. γ, 333. Aristoph. Thesmophor. 900. Sophocl. Antig. v. 21. vnde κασιγνήτη soror germana v. 49. ibid. Deinde omnino illo vocabulo nuncupantur cognati, eodem Suida teste, qui tamen minus recte ex Homer. Il. ζ, 430. probat κασίγνητ. pro ἀνεψιῷ dici. Sed alibi etiam pro Adiectiuo recurrit h. v. pro ἀδελφικὸς, quemadmodum in nostro loco et alibi passim in Euripide. βακχίῳ ποτῷ, sic et aliis in locis dicitur vinum, pro quo infra v. 453. simpliciter Βάκχιος.

v. 446. l. Nunc Chorus sermonem Vlyssis interrumpit, seque iam intelligere putat, qua ratione interficere velit Cyclopem. ἔρημον, μόνον. ἐνθμοῖσι, vid. supra v. 397. *mit einem Ruck*, *auf einen Hieb.* Vel etiam: *concinno impetu*, quemadmodum Florens expressit. Preuostus: *en te cachant avec*

Digitized by Google

*avec ſoin.* Reiskius coniicit ἐυγμοῖσι *in praeciptiis*, citatoque Heſychium, qui haec habet: ἐυγμοῦ, βάθρου γῆς. MSS. Stephani: ἐυτῆρσι, quod etiam Heathius probat, ſed pro σφίξαι legendum cenſet σφίγξαι, vt ſententia ſit: *loris eum illaqueare in animo habet.* Musgravius cum Tyrwhitto mauult: ἐρυμοῖσι. Brodaeus: ἐπιγμοῖσιν, *in littoribus.* Scaliger: ἐυσμοῖσι σφίγξαι. Caſaubonus aut ἐυτῆρσι cum aliis libris legendum exiſtimat, aut ἐυσμοῖσι, quod verius putat, a ἔυσμὸς, tractio. *Cogitas ſecurum in commiſſatione clam pede trahere, et iacentem perdere.* Brodaei lectionem Dupottus in marginem repoſuit, ſed ἐυτῆρσι in Vet. Codd. teſte Henr. Stephano habetur. Idem Stephanus, ſe vidiſſe, inquit, qui fecerint ἐυθμῷ σὺ ex ἐυθμοῖσι exponentes, *vno ictu*, quibus aſſenſum negat Barneſius. Retineo lectionem vulgatam, nam nihil magis ridiculum videtur, quam quod cogitant Satyri, Vlyſſem velle Cyclopem ſolum repertum ἐυθμοῖσι, mactare, quemadmodum nec ſequentia doloſum ſagacemque animum produnt, in quibus exiſtimant, Vlyſſem cupere Cyclopem *arduum, qui alta ſidera pulſat*, vt cum Marone loquamur, de ſaxis praecipitem dare. Eiusmodi quidem conſilium a Satyris, non ab Vlyſſe calliditatis et doli principe per omnem antiquitatem laudato, exſpectari poterat. Vnde et ipſe Vlyſſes, tacite Satyros reprobans, dicit in ſequentibus: ὡδὲ τοιοῦτον. δόλιος ἡ πιθυμία. Caeterum μενοινᾶν eſt cupere aliquid efficere, geſtire, in mente habere. Homer. Od. β, v. 34. addit φρεσὶν, quod etiam alibi eiusmodi verbis additum reperimus. Schol. in l. l. exponit per κατὰ διάνοιαν ἐνθυμεῖσθαι, atque in Od. λ. v. 531. per λογίζεσθαι. Interdum, i. q. προθυμεῖσθαι, optare, cupere, vt Homer. Hymn. Merc. v. 62. vnde Suidas: μενοινῆ, ἡ προθυμία. ὥσκε κάτω, i. q. καταβαίνειν vel ῥίπτειν ἀπὸ πέτρας ſupra v. 165. licet ibi ſignificatu intranſitiuo occurrebat. In Plutarch. Vit. Camill. §. 197. ed. Baumann. Mallius quidam dicitur κατὰ τῆς πέτρας ὠθεῖς.

v. 448. ſ.

Digitized by Google

V. 448. f. ἐπιθυμία, sc. τιμωρίας (quemadmodum Aristotel. Rhetor. — iram definit, haec enim eius verba sunt: ἐπιθυμία τιμωρίας σὺν δοκοῦντος ἠδικῆσθαι ὑ προσηκόντως.) *Mein Project, meine Rache ist seiner ausgedacht.* Neque opus esse existimauerim emendatione Musgrauii προθυμία (promtitudo haec astutiam coniunctam habet) aut τληθυμία (haec fortitudo, Hesych. τλήθυμος, ἰσχυροκάρδιος) vtrumque mihi videtur nimis quaesitum. δαί, explet. partic. vt Aristoph. Eccles. v. 970. Αὖ. 825. ἀκηκόαμεν, pro ἀκηκόαμεν. Graecos enim praesenti pro praeterito vti, nemo non ex Hoogeuen. ad Viger. p. 208. et 210. cognoscet. σοφὸς, (alias δριμὺς, ποικιλόμητις,) non de sapientia λογικῇ sed etiam simpliciter de τέχνῃ dicitur. Veteres enim omnes artifices nominabant σοφοὺς, quod iam obseruauit Eustathius ad Il. ο, 411. vid. Cel. Beck. ad Aristoph. Av. v. 935. adde Xenoph. Cyrop. 1, 2, 8. vbi Musicae peritia dicitur σοφία, et Merian. *vom Einfluss der Dichtkunst auf die Wissenschaften übersetzt von Bernoulli* Tom. I. p. 188. not. Haec animaduertamus verba, nam e fabulae nostrae exitu edocemur, si rei cardinem spectauerimus, Virum σοφὸν licet non ita robustum plus valere σοφίᾳ, quam hominem, qui summa quidem corporis magnitudine ac robore, non autem animi viribus gaudeat. Cyclops certe nunquam cogitasset, se ab homuncione, qui videbatur, vaquam vinci posse, sed callidus ac fortis impedimenta maxima superat. Vnde etiam maxime hoc Cyclopem aegritudine afficit, vt ex Homero discimus l. l. v. 513 ff. Ἀλλ' αἰεί τινα φῶτα μέγαν καὶ καλὸν ἐδέγμην Ἐλθὼν ἐλεύσεσθαι, μεγάλην ἐπιειμένον ἀλκήν. Νῦν δέ μ', ἐὼν ὀλίγος τε, καὶ ἀτιδασὸς, καὶ ἄκικυς, Ὀφθαλμῷ ἀλάωσεν, ἐπεὶ μ' ἐδαμάσσατο οἴνῳ κ. τ. λ. In ed. Stiblini est τοῖσ': Sed rectius scribendum τοί σ'.

V. 450. sqq. λέγων pro λέξω, id est in hoc contextu πείσω, volo ei persuadere, vt discedat a proposito, ne commessatum eat ad fratres suos. (Participium Praesentis pro futuro poni,

m exem-

Digitized by Google

exemplis illustrauit Zeun. ad Viger. p. 335.) Vel ex v. 447. repetendum μενοινῶ, quod saepius fieri constat, vel supplendum θέλω, tum λέγων esset: *his verbis, his argumentis vsus* —ὡς etc. Casaubonus legit ἀπαλλάξω et λέγων iungit cum sequentibus, sed hanc faciliorem lectionem non praetulerim difficiliori nostrae. Canterus et Scaliger etiam legunt ἀπαλλάξω λέγων (non λόγων, vt in Barnesii editione reperitur) monente Barnesio, — vbi tamen Scaliger hanc lectionem protulerit, nescio. ἀπαλλάττειν autem, quod alias est verbum in re iudiciaria proprium atque de creditore dicitur, qui debitorem peracta litis causa liberum dimittit, interdum etiam de domino seruum dimittente e seruitute, omnino est i. q. ἐλευθερῶν, vt etiam Thom. Mag. expressit, de quo vid. Kypk. ad Luc. 12, 1. vnde ἀπαλλάττεσθαι liberari a malis in Xenoph. Exped. Cyr. 4, 3, 2. sed ἀπαλλάττειν τινὰ τινός est efficere, vt aliquis ab aliqua re, incepto, loco, discedat, desistat, abeat. Sic Aristoph. Eccles. 1046. *Ne cum Cyclopibus communicet vinum*, potum illum, tam praeclarum, *sed sibi soli reseruet, suauiterque viuat*, delicias sibi creet. Haec spectari possunt tanquam argumenta, quae ipsi Cyclopi proponere vult, nisi forte solis Satyris dicere velit, cur retinere eum cupiat a commessatione, nimirum ne Cyclops debeat potum sociis reddere, nam sic omnis res esset inanis, nec vino vinci potuisset Cyclops, tunc igitur verba sequentia μόνον etc. ironice intelligere liceret, vnde nunc commode addit Vlysses ὅταν δὲ etc. *si solus exhauserit vinum merum*, huius enim haud exigua pars requirebatur ad Cyclopem superandum. βίοτος dicitur de victu, facultatibus aeque ac vita; graecum βίος pariter ac βίοτος vsurpari monstrauit Cuperus in Obss. p. 124. adde Brodaeum ad Rhes. v. 170. et Schol. Hecub. 14. Plutarch. de aud. Poet. c. 5. p. 35. ed. antiqu. — In Hippolyt. v. 795. 261. 1355. est τεχνὸν βίοτον διάγων. Pro illo βίον (quod interdum omitti in hac phrasi docet locus Xenoph. Cyrop. 1, 2, 2.) etiam in eiusd. Xenoph. Lib. 3, 3, 3. est αἰῶνα διάγων. Huic nostro opponitur

Digitized by Google

nitur Aristoph. Plut. 526. τρίβων βίοτον, miseram vitam degere. Obiter addam Arabes voc. عَيْش eodem modo de vita et victu vti, quo Graeci v. βίος vel βίοτος. (*daſs er ſich allein eine gute Stunde mache.* Gallus interpres: *qu'il doit — ne ſonger qu' à ſes plaiſirs.*

V. 453. ff. *Cum autem dormierit* (ὑπνώσῃ) *ſopore oppreſſus fuerit*, νικώμ. βακχίε ſc. ποτῦ (vid. v. 445.) ſ. πώματος. Homer. l. l. v. 333. haec ita expreſſit: ὅτε τὸν γλυκὺς ὕπνος ἱκάνοι. Βάκχιος, pro Βάκχος, vt Ion. v. 552. Bacch. 1187. *Und ſchlummert er vom Bacchus dann beſiegt — ſo ſteht* etc. Sic etiam nos in ſermone vulgari loqui amamus. Homerus l. l. v. 319. ff. ita rem exponit: Κύκλωπος γὰρ ἔκειτο μέγα ῥόπαλον παρὰ σηκῷ Χλωρὸν ἐλαίινεον. — v. 325 ff. Τῦ μὲν ὅσον τ' ὄργυιαν ἐγὼν ἀπέκοψα παρασὰς, Καὶ παρέθηκ' ἑτάροισιν, ἀποξῦναι δ' ἐκέλευσα. Οἱ δ' ὁμαλὸν ποίησαν. ἐγὼ δ' ἐθόωσα παρασὰς Ἄκρον, ἄφαρ δὲ λαβὼν ἐπυράκτεον ἐν πυρὶ κηλέῳ. ἀκρέμων i. q. κλάδος, quanquam proprie differt, prius enim de grandiori ramo dicitur, quo hic opus erat. vid. Budd. in Pandect. ἐξαποξύειν, exacuere, vnde ἄκρον redundat. φάσγανον, ξίφος Suid. καθήσω εἰς πῦρ. Simile huic legimus in Graec. verſ. Zachar. 12, 6. Θήσομαι δαλὸν πυρὸς ἐν ξύλοις. *Cum autem videro* κεκαυμ. *aduſtum, eum prehendam mediumque in oculum coniiciam, oculum terebrabo*, θερμὸν, *dum adhuc calet*, i. q. antea κεκαυμένον. ὄψις, ὄρασις, h. l. oculus, (quemadmodum etiam nos dicimus eodem ſenſu v. c. *er hat ein gut Geſicht.* Sic ὄψις in Graec. verſ. Iob. 14, 1. Cant. 2, 14. In Phoenn. v. 171. eſt τυφλὸν ὄψιν.) paulo poſt ὄμματα, quod pro ſingulari poſitum eſt, nam vno tandum oculo vſum fuiſſe Cyclopem, tritum eſt, hic tamen vnus ei loco duorum erat. Ergo non video bene egiſſe Muſgrauium, qui, quoniam ὄμματα non conuenire Cyclopi exiſtimat, cum Pierſono legendum eſſe iubet εἰς μέσην βαλῶ Κύκλωπος ὄψιν, ὄμμα τ' ἐκτήξω πυρὶ, quanquam leuem emendationem illam lubenter admiſerim. Vide quae paulo poſt ad v. 462. monuimus de h. v.



Digitized by Google

ἐκτήκειν proprie de niue, cera, et rebus, quae paullatim consumuntur, adhiberi solet, atque i. q. ἀφανίζειν, λεπτύνειν, prius Suidas, alterum Hesych. sed vtrumque Phauorinus habet in v. ἔξέτηξε, de tabula cerata, cuius litterae cera liquefacta delentur et confunduntur. Sic in Aristoph. Nubb. v, 770. (772. ed. Brunck.) vbi est γράμματα ἐκτήξω, ibique videndus Kusterus, qui nec locum nostrum omisit. Iam h. l. additur πυρὶ, ergo bene per ἀφανίζειν explicari potest. Deinde etiam ad animum metaphor. transfertur, valde contristatum, moerore ac tristitia summa labefactatum. Schol. ad Hecub. v. 433. s. notat: τήκεσθαι ἐπὶ χιόνος λέγεται καὶ κηρῷ (ita enim Ps. 21, 15. nec non Pindar. ap. Athen. L. XIII. p. 61. et Quint. Smyrn. L. 7. v. 385.) καὶ τῶν κατ' ὀλίγον ἀναλισκομένων, καὶ ἀπὸ τούτου ἐπὶ τῶν κατακοπτόντων ὑπὸ λύπης καὶ διαῤῥεομένων, conf. I. Reg. 1, 16. vbi הראיב a r. ראב. Eurip. Androm. v. 116. τηκομένα τάκομαι ὡς πετρίνα πιδακόεσσα λιβάς. Eodemque modo συντήκειν in Eurip. Med. Prolog. v. 25. Electr. 240. Aristoph. Plut. 1035.

V. 459. ff. ἀνὴρ abundat, sufficeret enim τις simpliciter, vel ἀνὴρ est h. l. pro ναύτης seu potius ναυπηγὸς, nauium fabricator, vid. Lycophr. v. 875. vnde ναυπηγίαι h. l. trabes, quibus nauis construitur, et ναυπηγεῖον locus vbi hoc fit, (Aristoph. Au. 1157.) *Schiffswerfte*, in Xenoph. — ναυπηγήσιμον ξύλον materia naualis, nam ναυπηγεῖν est naues compingere Aristoph. Plut. v. 513. Xenoph. Vec. 4, 35. quod h. l. exprimitur per ἁρμόζειν ναυπ. fabricari naues, aedificare, fabrum naualem esse. (Sic Glossae Vett. vertunt graecum ναυπηγός.) ἁρμόζειν enim est coniungere, compingere, aptare. χαλινὸς, frenum, h. l. lorum. Brodaeus reddit: *duabus ansis terebram impellit, circumagitque.* Nam τρύπανον est terebrum, ἐργαλεῖον τεκτονικόν. Suid. De hac fabricae specie (scribit Florens) meminit Arnobius L. VI. cum ait, *terebratum excauata vertigine.* καπηλατῶν, i. q. ἐρέσσειν. ἐλαύνειν, περιστρέφειν τὸ πλοῖον ταῖς κώπαις, hinc omnino agere, circumagere.

Digitized by Google

agere. Saepe enim altera Etymologiae pars perit. Sic v. c. ἄβατον, quod proprie notat *facile tranſeundo* (in Aeſchyl. Prometh. v. 724.) omnino eſt *facile*, vnde non eſt quod cum Schützio V. C. in l. l. περᾶν pro ſuperfluo habeamus. κυκλώσω circumuoluam, verſabo δαλὸν, torrem. Zachar. 3, 2. δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός. vid. Heſych. Suid. Etymol. M. (ξύλου ἀπόκαυμα, δαδίον ἡμίφλεκτον) ἐν φαεσφόρῳ (φωτοφόρῳ Suid.) ὄψει, ὀφθαλμῷ, vid. v. 458. συναυανεῖ, ab αὖος aridus, vnde αὐαίνειν ſiccare, exarefacere, i. q. ξηραίνειν. vid. Suid. in v. αὐήνας et αὖος (quod ab ἄω, et α priuatiuo per craſin ortum exiſtimat.) ξηρὸν, vnde de ſene annis confecto dicitur, cuius ſanguis cum viribus eſt exſiccatus, (Ariſtoph. Lyſiſtrat. 385.) hinc de eo vſurpatur, qui ſubito metu vel ſtupore pene examinatus et exſanguis fit. Heliodor. Aethiop. I. p. 22. 5, 2. 10, 13. vbi cum ἀχαινὴς iungitur, quod de eo adhiberi conſtat, qui prae ſtupore loqui non poteſt, cui vox faucibus haeret. Porro de eo vſurpatur, qui exſpectationis taedio pene eſt enecatus, v. Schol. Ariſtoph. Ran. 196. (v. 194. ed. Brunck.) quin de homine, qui bonis eſt exhauſtus, quaſi exſuccus, quem meretrices exſiccarunt (*ausgeſaugt*, *ausgezogen.*) Lucian. Dial. Meretr. 14. Toxar. p. 43. ed. Amſtelod. vid. Euſtath. Hom. Il. μ. 160. Hinc αὐαφαίνεσθαι arefieri, de ſitiente, (quemadmodum a Plauto *ſiccus* adhibetur, quod nec nos in vernacula lingua ignoramus) Ariſtoph. Eccleſ. 146. metaph. exanimari, enecari, quia mortui aridi ſunt et exſucci, contra viuentes ὑγροί. vid. Suid. in v. αὐαίνεται. Haec ὡς ἐν παρόδῳ adieci propterea, quia video in Lexx. vulg. de hoc voc. et verbis cognatis nihil reperiri, plurima tamen gratus debeo Kuſtero Viro graece doctiſſimo in not. ad Ariſtoph. Theſmophor. v. 853. κόρη alias puella, virgo, ſed h. l. et alibi pupilla in oculo, cui adiacet humor, per quem res circumiacentes videre poſſumus, vel foramen in tunica oculi, quae ἑλυτροειδὴς dicitur (*der Sehnerve*) Suid. Haec imago depromta eſt ex Homer. Il. ι, v. 384. ibi verba haec leguntur: ὡς δ' ὅτε τις τεκτὼν δόρυ μῆλον ἀνὴρ Τεχνάων, οὗ



Digitized by Google

δέ τ' ἔνερθεν ὑποστείσειν ἱμάντι Ἀψάμενοι ἑκάτερθεν, τὸ δὲ τρέχει ἐμμενὲς αἰεί. Ὣς τῷ ἐν ὀφθαλμῷ πυρὶ ηκέα μοχλὸν ἐλόντες Δινέομεν. κ. τ. λ. Ad hunc locum etiam Spondanus in notula miratur, pluraliter ὄμματα et κόρας de vnoculo Cyclope dici, caeteroquin illud ὄμματα transtulit: *videndi facultatem.* Cur autem ὄμματα de vno oculo dicantur, intelligi potest ex iis, quae de numero Plurali pro Singulari vsurpato disserit Cel. Fischer. de Vitiis Lexx. N. T. Prolus. VI. et quae supra monuimus ad v. 458. Comparare cum his liceat Virgil. Aen. L. III. v. 630 sl. Nam simul expletus dapibus, *vinoque sepultus*, Ceruicem inflexam posuit, iacuitque per antrum Immensus, saniem eructans ac frusta cruento Per somnum commixta mero; nos, magna precati Numina, sortitique vices, vna vndique circum Fundimur, *et telo lumen terebramus acuto* Ingens, quod torua solum sub fronte latebat, Argolici clypei aut Phoebeae lampadis instar etc. Addere liceat adhuc Reiskii et Musgrauii monitionem. Primus scribit, χαλινὸν esse omne, quo aliquid regatur, et ad certos fines obtinendos dirigatur, equus in cursu, nauis item, sic quoque terebella. Terebrae, χαλινοὶ, sunt illae ligneae duae ansae, hinc vna, illinc altera, relicto per medium vacuo spatio, ambabus ansis tam in summo quam in imo coalitis. Constructio igitur et resolutio huius versus est haec: ἐλαύνει τὴν κώπην τῷ τρυπάνῳ, ᾧ εἰσι δικλοὶ χαλινοὶ agitat ansam terebrae gemino quasi freno praeditae, aut ἐλαύνει κώπην τρυπάνῳ ἐκ (vel μετὰ, ἀπὸ, διὰ) τοῖν δικλοῖν χαλινοῖν. — κυκλώσω, (scribit Musgrauius,) ni fallor valet *cingam*, *circumdabo*, non, quod locus postulat, *circumagam.* Hinc legendum iudicat κυκλήσω a κυκλέω. Lubenter ei assentior, sed nonne etiam κυκλώσω hunc quem h. l. habere debet, significatum admittere potest? Lectionem autem κυκώσω quod attinet, quam in margine Mstum dare Barnesius monet, non dubitauerim, (si vere in margine reperta est, quod in dubium vocat Musgrauius,) per errorem esse ex κυκλάσω ortam. Quo, quid facilius fieri potuit?

V.

Digitized by Google

V. 463. Ἰώ, alibi gementis et dolentis vel ſuam vel alterius ſortem ac indignantis, ſed interdum etiam laetantis, vt h. l. ſequitur enim γέγηθα, i. e. χαίρω, vid. Schol. Ariſtoph. Theſmoph. 517. et Nubb. init. Equit. 1314. (1317. ed. Brunck.) et Cel. Brunck. ad Pac. 317. in Supplemento Annotationum, p. 225. μαινόμεσθα, Talis tranſitus a ſingulari ad pluralem elegans alibi quoque frequens eſt. v. Sophocl. Antig. v. 709. 1022. Vice verſa a plurali ad ſingularem Graecos tranſire, exemplis illuſtrauit Brunck. V. S. ad Sophocl. Antig. v. 1168. μαίνεσθαι, eodem modo vſurpari videtur quo alias ἐξίστασθαι, de ſtatu mentis deiici, extra ſe poſitum eſſe, atque h. l. de gaudio adhibitum, erit: *ſummo gaudio affici*, quo ſenſu nec nobis ignoratur illud *Ich werde raſend vor Freude — ganz ausgelaſſen.* Sic in Sophocl. Aiac. alicubi occurrit. Comparandus autem eſt hic locus noſter cum illo in Ariſtoph. Nubb. v. 561. vbi legitur formula: ἀνθραίνεσθαι τοῖς εὑρήμασι. Alias μαίνεσθαι ἐπὶ τινὶ de iis dicitur, qui aliquid ſtudioſiſſime cupiunt et appetunt (de quo copioſe egit Cel. Beck. ad Ariſtoph. Au. v. 1096.) atque cum ſimplici datiuo reperitur in Xenoph. Cyrop. I, 4, 24. vid. Zeun. ad l. l. 8, 3, 30. Eodemque modo occurrit ἱμείρεσθαι, v. Krebſ. ad Plutarch. de aud. Poet. p. 177. Vnde etiam fortaſſe vertere liceret: *maximopere cupio, vt dolum exſequaris.* Pergit nunc Vlyſſes in enarrando conſilio κἄπειτα etc. te (vos Satyros) et ſocios (φίλους) atque Silenum (γέροντα vid. v. 101. et 228.) imponam naui. κοῖλον σκάφος περὶ μελαίνῃ, periphraſis non ignota, cuius exemplum fere aderat ſupra v. 85. vbi plura monuimus. κοῖλον et μελαίνη ſunt epitheta ornantia, quae ex Homeri lectione nemo neſcit. Prius etiam in Long. Paſtor. L. II. p. 56. ed. Molli. reperies, ac plura diximus in Specim. I. Curarum Crit. in LXX. Ionae p. 15. ἀποσέλλειν χθονὸς (de quo vid. nos ad v. 111.) διπλαῖσι κώπαις, i. q. κυρτολεῖν (v. 106.) ſ. κυρτὸλῦπτα ἰλλὰς δίκροον σέλμα apud Lycophr. v. 1217.



Digitized by Google

V. 467. ff. ἐς' ἂν ὄπας, *fierine poteſt, liceatne* etc. vid. Viger. l. l. p. 230. *Könnt' ich denn nicht auch mit angreifen.* δ. τυφλῶντος, torrem excoecantem, i. e. *qui excoecare debet*, quemadmodum iam vertit Preuoſtus, nam Participium praeſentis pro part. futuri h. l. eſt poſitum. τυφλῶν, τυφλὸν ποιεῖν, pro quo ſupra ἐκτήκειν, συναυαίνειν et ſimilia. Reſtant verba paullo difficiliora, ὥσπερ ἐκ σπονδῆς θεοῦ, *tanquam ex foedere diuino*, cuius teſtis eſt Deus, coniurati Deumque teſtem prouocantes. — Nam σπονδὴ eſt libatio (proprie οἶνου ἔκχυσις ἐπὶ τιμῇ δαιμόνων, vt gloſſ. ms. in Prophet. (Ioel. 2, 14.) apud Biel. habet, vid. et Heſych. atque Suid.) hinc, quoniam pacta et foedera iſto ſolemni modo contrahebantur, σπ[illegible] etiam de foedere, pacto dicitur. vid. Homer. Il. λ. v. 7[illegible] et β. 341. vbi conf. Schol. et graeca verſio Ieſaiae 30, 1. qui locus inde lucem aliquam accipit. Caeterum obiter reuocare liceat quod ad rem noſtram aliquo modo pertinere videtur, Veteres in iuramentis deponendis inter victimae partes duas diſſecatas tranſiiſſe, vt ſolemniora fierent et ipſi magis eis ſeruandis adſtringerentur. Conf. Sophocl. Antig. v. 264 ff. Hinc notiſſimum illud ὅρκια τέμνειν in Homero. Cyrillus contra Iulian. L. X. hunc morem apud Chaldaeos vſitatum fuiſſe monet, ἦν ἐν ἔθει Χαλδαίοις, τὰς ἀσφαλείας ποιεῖσθαι τῶν ὅρκων, διὰ μέσου ἴσως τῶν διχοτομημάτων, καὶ νόμοις αὐτοῖς ἐγχωρίοις ἐβέβαιῶτο (al. lect. ἐβεβαιοῦτο, quam praefero) τὸ χρῆμα, vnde illuſtrat ille locum Genes. 15, 9, 10, 17. vid. copioſe diſſerentem *D. Arthur Aſhley Sykes, Eſſay on the nature, deſegn, and origin, of ſacrifices* etc. et haud dubie etiam Semlerum, (Virum immortalem, Patronum pie Venerandum) in not. ad lib. laudat. cuius verſionem vernaculo ſermone conſcriptam ipſi debemus. — Etiam Muſgrauius notat ad l. n. Antiquorum morem fuiſſe, libatione diis facta formulam ſacramenti recitare manibus ſacrificia tangentes, atque in hanc rem citat Apollon. Rhod. 2, 717. Aeſchyl. c. Theb. 44. Ariſtoph. Lyſiſtrat. 209. choroque, ſcribit, ſacrificiorum vicem, torrem praeſtare debuiſſe. Vnde legen-

Digitized by Google

legendum cenſet, ὥσπ. ἐ. σπ. θύους. Reiſkius proponit leuius ὡσπερεὶ σποιδῆς aut ὥσπερ ἐν σποιδαῖς, ſed Brodaeus, neſcio quid velit, ἐκ σπαδῆς θεῦ, in qua poculum per ſeriem quandam ſumant conuiuae diis libantes. — Florens: ὥσπερ ἐκ σποιδῆς, quia in σποιδαῖς et ἱεροποιΐαις ſolebant, vt Heſychius ait, titionem iniicere in peluim vel χέρνιβα, et aram circum adſpergere, vt diximus in Irene (Pac.) Ariſtophanis. Caeterum Preuoſtus expreſſit; *comme t' ayant prêté le ſerment de fidelité*, atque addit: *comme par des libations du Dieu. On faiſoit des libations en pretant ſerment.* θέλω κοινωνεῖν ſ. κοινωνὸς εἶναι participeps, ſocius eſſe. *Ich will ſchlechterdings den Kerl ermorden helfen* — haec enim h. l. idea connata in v. θέλω eſt cogitanda, vnde etiam Preuoſtus bene: *Je veux abſolument contribuer a ſon ſupplice.*

V. 470. ſſ. δεῖ γοῦν, Sane, hoc per ſe intelligitur. Alias etiam ita adhiberi conſtat δίκαιον. vid. ad v. 150. ξυλληπτέον, qui a nobis eſt apprehendendus. Tuo auxilio opus eſt. Reiskius: ᾧ ξυλληπτέον. Quis non admiratur imperterritum Satyrorum animum, qui omnia ſubire cupit, licet grauiſſima ſint ac difficillima, ſed mox videbis, minime eos eſſe tales quales videantur, multa quidem promittere ac minari, ſed nihil prorſus ſeruare ac patrare, verba quidem bona eſſe, ſed vbi ad rem ipſam venerit, facta verbis nullo modo reſpondere. Quam bene poeta imaginem nobis eorum hominum exhibuit, quorum exempla ſat multa experientia quotidiana oſtendit. Qui plurima atque maxima efficere volunt, ii inter omnes minimum faciunt. Satyri imperterritum animum hic oſtendunt, cupiunt enim adeo centum plauſtrorum onus tollere, ſi modo exterere licuerit, tanquam veſparia, Cyclopis oculum. βάρος ἁμαξῶν, ſupra v. 384. ἀγώγιμον βάρος ἁμ. ibi plura diximus de h. v. ἀρούμην, Excell. Beck. legendum eſſe monet αἰρούμην, quoniam ἀρούμην primam corripiat. Recte quidem, nam futurum eſt optatiui, cuius prima corripitur. In aoriſto ἀραίμην producitur. vid.



Digitized by Google

Cel. Brunck. in Soph. Electr. v. 34. vbi etiam de constructione futuri optatiui quaedam monuit. σφηκία, e Grammaticorum praecepto dicitur ἡ συνθήκη τῦ μέλιτος τῶν σφηκῶν. Musgrav. affert Lysistrat. Aristoph. v. 476. et Aristot. Anim. H. L. 10. c. 9. (adde quae Biel. in Thesaur. de h. v. monuit.) In Aristophan. Plut. 301. δαλὸς dicitur σφηκίσκος. Pro illo ἐκτρίψομεν (quod superscriptum esse Musgrauius commemorat lectioni ἐκθρύψομεν in MSS. E. G.) Brodaeus mauult ἐκτρήψομεν perforemus, exsculpemus, at Scaliger ἐκθλίψομεν, quod Viro summo supra laudato (p. 58.) praeplacet. Sed quid contra vulgatam lectionem viri isti habeant profecto ego quidem non video. ἐκτρίβειν enim alioquin de vasis aureis, argenteis, iisue quae purgatione et ablutione saepius facta paullatim attenuantur, adhiberi solet, vnde omnino, est atterere, attenuare, atque etiam conficere, extinguere, occidere, (vt in Graec. vers. V. T. aliquoties,) vel ex loco pristino ac fixo aliquem s. aliquid expellere, vt Ezechiel. 43, 8. vbi in hebr. est Hiph. דורוש, quod etiam hic de oculo Cyclopis valere potest, atque debet etiam, nam aperte Noster ante oculos habuit Homeri (l. l.) versum 332. sl. vbi haec leguntur: μοχλὸν — τρίψαι ἐν ὀφθαλμῷ. Metaphorice h. v. de eo vsurpatur, qui calamitatibus ac miseriis conficitur, attenuatur, (*den der Gram aufzehrt, der ganz aufgerieben wird, vor Kummer verschmachtet*,) vid. Schol. ad Sophocl. Oedip. Tyrann. p. 170. — Cyclops dicitur κακῶς ὀλέμ. hoc est vel: perditissimum ac nequissimum monstrum, (vt Brodaeus iam exposuit,) vel praesens pro futuro est positum, quemadmodum v. 468. vt sensus sit: miserrime interimendus. conf. supra v. 267 s.

V. 474. s. δόλον, rationem nostis, qua callide Cyclopem interficere cupio, (v. 448. ἐπιθυμίαν) ἐξεπίσασθε, quod Ed. Ald. Florentis, Stiblini, aliaeque habent, recte tuetur Reiskius, qui tamen iis, quibus metrum (in fine Iambi) violari videatur, proponit ἐξεπίσασθαι, quod etiam est in Ms. E. et

Digitized by Google

et a prima manu Ms. G. quemadmodum Musgravius obſervat, qui ſimilem inconſtantiam (numeri) in vv. 212. ſ. 640 ſ. adfuiſſe monet. Chorus enim ſaepe vt vna perſona conſideratur, vid. v. 426. 433. adde 446. 464. 463. (γέγηθα) 468. 469. 471. Vnde patet recte Reiſkium ſcribere, poetam in numeris eſſe deſultorium. Barneſii ad h. l. notula haec eſt: Scaliger et Duportus ἐξεπίσατε legunt, cum nullum ſit tale verbum; eſt enim actiue ἵσατε, paſſiue ἵστασθε. Nihil ego ſane in hac parte afferre poſſum, niſi vel ἐπίσατε legendum, vel Euripidem hic praeter morem σκάζοντα Iambum facere, vel errorem aliquem latere, quem corrigendo par non ſum. — Caeterum ἔξω. non plus eſt quam ſimplex ἐπίσ. (vid. Ariſtoph. Veſp. v. 1241.) quod centies fieri ex leui poetarum lectione nemo ignorat, niſi malueris vertere: rem omnem *penitus*, *accurate*, noſti; hanc enim praepoſitionis ἐκ in verbis compoſitis vim eſſe, docet Zeun. ad Viger. p. 584. ἀρχιτέκτων proprie dicitur qui aedificiis exſtruendis praeeſt, qui τάξιν (ordinationem) et διάθεσιν (diſpoſitionem aedificii) conſtituit eiusque curam gerit. vid. Reiſk. Ind. Demoſthen. Sic Architecton aliquoties apud Plautum. — vid. Etymolog. Sed deinde ita nuncupatur Graecis auctor alicuius conſilii, inprimis fraudis et doli, vnde Demoſthen. 1286. 10. ἀρχιτέκτων τῆς ἐπιβουλῆς, quemadmodum etiam τέκτων ſimpliciter in Medea v. 409. τ. κακῶν σοφώτατος. Atque ſic h. l. et in Ciceron. Orat. pro Cluent. 22. Architectus eſt princeps ſceleris, quo tamen melius eſſe voc. architecton contendit Salmaſius ὁ πάνυ ad Solin. c. 32. fin. quoniam ſit voc. graecum, forma autem latina. *Architectus* etiam pro auctore et principe occurrit in Plaut. Amphitr. Prolog. v. 45. vid. omnino Kuſter. ad Ariſtoph. Plut. v. 513. et Wetſten. ad 1 Cor. 3, 10. Iam ſub ἀρχιτέκτοσι vel Vlyſſes ſe ſolum intelligit, (hic enim proprie hoc nomine erat ornandus, nec offendit me pluralis,) vel amicos, ſ. itineris comites, qui adhuc ſuperſtites erant, quibus fortaſſe tanquam ducibus caedis vti volebat, vna Satyrorum auxilio adiutus. Sed ex ſequentibus patet,

Digitized by Google

patet, eum ſolis itineris ſociis in interficiendo Cyclope vti debuiſſe, cum ſegnes timidique Satyri opem tam ſancte promiſſam denegauerint. His igitur ἀρχ. obſequium praeſtate.

V. 476. ſſ. Nunc Vlyſſes ſe virum probum ac honeſtum eſſe oſtendit; minime enim relictis ſociis ſolus ſeruari cupit, hoc enim pro indecoro ac prauo habet, quanquam nunc bene effugere poſſe liceat, ſi placuerit. ἄνδρας φίλους (vid. v. 377. et infr. v. 496.) in 424. v. συναύτας, in v. 377. φίλους ἑταίρους. τὰς ἔνδοι, ἐν ἄντρῳ delitescentes. καὐμβέβηκ' recte, non κἀμβέβηκ' quod Heathius reponit, quod, nisi omnia me fallunt, h. l. plane non quadrat. — ἐμῦ φίλ. Scaliger: vel ἀπολιπόντ' ἐμὲς, (ſed, quod iam Musgrauius vidit, ſine neceſſitate) vel ἀπολιπόντα τὰς φίλ. teſte Barneſio. — Commode nunc ſalutem fuga petere poſſem, ſum extra fores antri, ſed turpe eſſet etc. Aeque ingenue ſentit Pylades v. 674 ſſ. in Iphigen. Taur. αἰαχρὸν, θανόντος σε, βλέπειν ἡμᾶς φάος, κοινῇ τ' ἔπλευσα, δεῦ με κἀγὼ κοινῇ θανεῖν κ. τ. λ. δόξω δὲ τοῖς πολλοῖσι — προδὺς σε, σώζεσθ' αὐτὸς εἰς οἶκους μόνος. Caeterum μυχοὶ ſunt τὰ ἐσώτατα μέρη, vt exponit Schol. Homer. Od. γ. 263. vid. ſupra v. 290. Egregie Vlyſſes Satyrorum in animis deſiderium excitauerat, Cyclopem fugiendi atque interficiendi, quid enim non poterat viua Nympharum venuſtarum atque amabilis Bacchi, inprimis muneris eius (vini) quo tam diu caruerant, imago in memoriam reuocata efficere? Sed vides etiam, quam commode nunc Poeta lectores et ſpectatores praeparet, atque cum iis exitum totius fabulae communicet, quis non cupide exſpectabit, quomodo res ipſa, et num felici ſucceſſu, perficiatur adque finem perducatur? Conſilium autem ipſum Vlyſſe dignum eſt, quod iam recte monuit Preuoſtus, cuius de hoc loco iudicium adſcribere liceat: *Voila ce, qui appelle prévenir le denouement, ce que fait ſouvent Euripide. Cette imagination paroit ſi merveil-*

Digitized by Google

*merveilleuſe au choeur, qu'il en ſaute d'allegreſſe. Il dit du moins qu'il en eſt fou etc.*

V. 481. ſſ. Nunc Chorus certat, quis primus, quis poſt primum gloriam accepturus ſit de interfecto per torrem Cyclope. δαλῷ. Ita ed. Ald. Stiblin. aliaeque, verum MSS. Steph. δαλῇ, quod etiam in ed. Florentis legitur atque Brodaeus habuiſſe videtur. Tunc igitur foret *manubrium torris.* Id enim eſt κώπη, pro quo male, vt opinor, Florens habet: κοπὴ, quod eſſet fractura, nam ipſe quoque vertit: *remigium torris.* Iam ὀχμάζειν, i. q. βασάζειν, κατέχειν. Si placuerit δαλῷ, hoc erit referendum ad voc. διακναίσει, atque caetera παρεμβατικῶς quaſi ſunt ſpectanda, facilius tamen et in h. l. melius mihi eſſe videtur δαλῇ. λαμπρὰν (ſupra v. 461. φαεσφόρον,) ὄψιν (ὄμμα) διακναίσει, συγκναιεῖ, ἐκτήξει (v. 458. 462.) Nam διακναίειν proprie eſt caſeum radula radere, hinc lacerare, atque omnino perdere, vnde metaphor. dolore afficere. — Ariſtoph. Eccleſiaz. v. 957. v. Suid. et Schol. ad Ariſtoph. Pac. 251. (ed. Brunk.) βλέφαρον palpebra, pellicula oculos tegens, deinde omnino totus oculus, vnde etiam metaph. ſolis iubar in Sophocl. Antig. v. 104. ita vocatur. Caeterum Musgrauius mauult ὀχμάσαι, vt a ταχθεὶς regatur, quia alioqui copula deſideretur. — Iam verba ſequentia, vtrum ad textum pertineant, an vero annotationis locum conſtituant, quaeritur. Mihi certe omnem annotationis formam habere videntur. Non enim ſtatim appareret, quid ſibi velit chorus verbis ſequentibus σίγα, σίγα, vnde fortaſſe aliquis perſpicuitatis cauſa, vt lectorem praeoccuparet, adſcribebat ᾠδὴ ἔνδοθεν, quemadmodum in Ariſtoph. Au. 222. leguntur haec: αὐλεῖ τις, quae recte, vt mihi videtur, Celeb. Beck. vncinis incluſit in ed. Auium Ariſtoph. Ad hunc locum etiam prouocat Tyrwhittus, qui et ipſe haec verba tanquam παρεπιγραφὴν ſpectat. Quorſum enim haec, cum e ſequentibus pateat, Cyclopem canere intus! Simile exemplum adſtruere poſſum ex Comici Ran. v. 312.

vbi

Digitized by Google

vbi etiam librarius parepigraphen αὐλεῖ τις ἔνδον in versuum serie scripsit, tanquam si illa verba partem fabulae verborumque actoris constituissent, sed in h. l. idem fecit Brunckius, quod l. l. Beck. Vid. etiam Thesmophor. v. 129. et Lysistrat. 304. Sed quanquam haec sit mea mens, tamen Musgravio assensum non denegabo, qui Tyrwhitti sententiam probat quidem, sed verba omnino delere recusat, ac potius locum ita constituit:

ΩΔΗ ΕΝΔΟΘΕΝ.

Ἡμι. Σίγα κῆ δὴ κ. τ. λ.

Heathius, qui verba ad textum pertinere putat, legit ᾠδὴ ἔνδοθι, vt metrum constet. Reiskius nihil de his monuit, sed v. 486. ita scribit: σίγα, σίγα, κελαδεῖ μεθύων. At vero, quantum sentio, haec auribus nostris in hoc contextu ac nexu cum sequentibus, minus graeca sonare videntur. Quorsum etiam κελαδεῖ, hoc prorsus esset superuacaneum, sequuntur enim verba ἄχαριν κέλαδον μισιζόμενος κ. τ. λ. Neque omiserim illud μεθύων, quod h. l. commode locum habet conf. v. 493. et 501. nec non supra v. 421. ff. Semichorus igitur nunc silentium imponit, (nam egreditur iam Cyclops,) loquebatur enim, vt vidimus modo, de torre in oculum illius intrudendo.

V. 487. ff. μισιζόμενος (ᾠδὴν) ἄχαριν (supra v. 425. ἄμουσα) κέλαδον, *miserum carmen disperdit*, vt cum Marone loquamur. Nam κέλαδος, omnino strepitus, vid. Hippolyt. v. 576. Homer. Od. σ. 401. de tumultu in Troia excitato dicitur, in Hecub. v. 928. vnde κελαδεῖν epitheton est ventorum atque fluminum. vid. Lennep. ad Coluth. c. 5. de marino fluctu occurrit Thesmoph. v. 44. Deinde etiam est sonitus, quem quis clamando edit; vnde κελαδεῖν de eo qui talem sonitum edit. Sic Bacch. 578. vbi in v. 576. per αὐδᾷν redditur, atque de arundine in Aristoph. Pac. 802. adhibetur. Hinc κελαδεῖν μολπαῖς in Aristophan. Ran. 1575. cantu celebrare.

Digitized by Google

lebrare. — Egregie Cyclops dicitur ἀπῳδὸς σκαιὸς (male in ed. Florent. σκαιὸς.) ἀπῳδὸς autem est ὁ ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, qui alienus est a cantu, κακόηχος, vt Suidas exposuit, i. e. qui ingratum sonum edit. (*der nicht musikalisch ist, gar kein musikalisches Gehör, keine Stimme hat.*) Hinc carmen (μέλος) ἀπῳδὸν, iniucundum, quod auribus non placet, iis potius est molestum. Commode etiam epitheton est electum; σκαιὸς enim, quod proprie sinistrum sonat, omnino est i. q. ἀμαθὴς (conf. v. 172.) quia qui sinistra manu aliquid facit, non bene et commode efficit, alias ἀπαίδευτος infr. v. 491. cum quo iunctum reperitur in Vesp. Aristoph. 1183. (*ein dummer, ungeschickter, ungeschliffener Mensch*) cui opponitur δεξιὸς (v. c. Aristoph. Vesp. 1266.) i. e. εὐπαίδευτος, (*wohlgezogen, geschikt.*) Schol. D'oruill. nostrum σκαιὸς exponit per ἀμαθὴς, ἀπαίδευτος (i. e. ἀπείρων ἔχων, ἰδιώτης, οὐχ ἱκανὸς, vt e Cyrop. Xenoph. I, 5, 11. palam est.) Hesych. vertit: μωρός. vid. inprimis Suid. et Aristoph. Plut. v. 1023. Preuostus ironice transtulit: *le beau chanteur.* χωρεῖν, ἀπέχεσθαι. γε πετρίνων (Musgrau. legi iubet metri causa πετρίνων γ') μελάθρων, (vid. v. 429.) Ita vocatur antrum, in quo Cyclops domicilium habebat. Supra v. 381. dicebatur χθὼν πετραία. κλαυσόμενος, qui *mox, breui tempore,* (hoc enim est mente addendum) ploraturus est, et nunc non suspicatur miserias certas. *Age rudem ac imperitum conuiuiis erudiamus.* Ita Stiblinus cum aliis intellexit. Hoc igitur referri deberet ad conuiuium, quo Vlysses Cyclopem ebrium reddere cupiebat. Nam ironia, quae alium h. l. sensum redderet, mea quidem ex sententia hic locum non habere videtur. Brumoeus ita exponit haec vv. *Donnons a ce sauvage grossier des leçons au milieu des plaisirs.* Malo κώμους h. l. de carmine s. cantu intelligere. Atque κῶμος bene in Satyrorum ore hanc significationem admittunt. Nam ex iis, quae supra copiose de h. v. (ad v. 39.) monuimus, nemo non intelliget, inprimis de lasciuo cantu cum tripudio coniuncto adhiberi. Iam Satyros cogitemus saltantes,

Digitized by Google

tantes, quo tamen non opus est, ac sequens carmen inspiciamus, tum bene omnia stare videntur. Certe alia notio h. v. h. l. vix commoda erit, cum antea de cantore rudi, imperito, ineptoque sermo fuerit, quem nunc Satyri (κώμοις) erudire volunt. Ac profecto hoc risum maximum debet mouere, si videmus, *Satyros* velle *Cyclopem* ingrata carmina stridentem *meliora* ac *iucundiora* edocere. Certe lasciuia in versibus sequentibus Anacreonticis non deest, neque poeta meliori via potuisset hunc finem attingere, quam si Anacreonticum carmen per *Satyros* cantare sinebat. πάντως μέλει τ. ε. vt Med. v. 1062. *Blind muß er auf alle Fälle werden.*

V. 493. ff. Sequitur nunc carmen, quod pro vero Anacreontico haberes, tam leui flumine decurrit et lautitias sapit. Hi versus sunt (monente Flor. Christiano) ἄσματα ἐπικώμια, quibus ad κῶμον inuitatur Cyclops satur. Beatus qui bene satur et appotus, odoratus nitentes capillos, ad fores amicae cantat: θύραν τὶς οἴξει μοι. εὐιάζει (ed. Barnes. εὐάζει) a cognomine Bacchi notissimo, Εὔιος. v. 191. βοτρύων πηγαὶ, periphrasis vini, adiuncta, si placet, notione vbertatis et copiae, vt Sophocl. Electr. v. 888. vbi vid. Schol. Sic etiam in Graec. vers. Ierem. 9, 1. ἐκ κώμου ἐκπεταθεὶς, *ad conuiuium exporrectus.* vid Plutarch. de sera num. vindict. p. 88. ed. Wyttenb. Musgrauius legit ἐκπεπαιθὼς *emollitus.* ὑπαγκαλίζειν, ὑπαγκαλίζεσθαι. et ἐναγκαλίζεσθαι est vlnis amplecti, de iis dicitur, qui vlnis suscipiunt infantes. vid. Kypk. Obss. Marc. 9, 36. cf. Dresig. de Verb. Med. N. T. 1, 47. qui ἐναγκαλίζειν in Actiuo a se repertum esse negabat. Caeterum h. l. ὑπαγκαλίζειν aliam adhuc adiunctam habet notionem, vt e contextu patet, quemadmodum forsan φιλεῖν infra v. 577. Nimirum eodem sensu adolescens ille dicit in Plauti Poenulo Act. V. Scen. 4. v. 60. Postea hanc (meretricem puta) *amabo* atque *amplexabor.* Apud eundem Plautum Pseudolus

Act.

Digitized by Google

Act. II. Scen. IV. v. 32. liberam tuam amicam hodie *amplexabere*. φίλος ἀνὴρ, puer amasius, masculus, eodem sensu quo Theocritus Idyll. 2, v. 3. φίλον καταθύσομαι (καταγοητεύω) ἄνδρα, quod Virgilius imitatus est Eclog. 8, 66. *coniugis* vt magicis sanos auertere sacris Experiar sensus. Ibi Cel. Heyn. monet *coniugem* simpl. pro amatore dici, vt v. 18. et sic Graec. ἀνὴρ apud Theocritum exprimi. De turpi amore, apud Graecos etiam, inprimis Athenienses, erga pueros res est peruulgata. vid. supra ad v. 186. atque inprimis v. 578. ff. δέμνια, στρώματα, Suidas: ἐγκοίτια στρώματα, strata, in quibus cubamus, λέκτρα. vid. Schol. Odyss. δ, 304. βόστρυχός, cincinnus, i. q. πλόκαμος, per quod etiam Schol. Hippolyt. v. 202. exponit prius. vid. etiam Hesych. Aristophan. Nub. v. 536. Aeschyl. Choëph. 176. Suidas interpretatur: πλέγμα τριχῶν γυναικείων, hoc πλέγμα etiam in 1 Tim. 2, 9. est obvium, sed non vertendum per cincinnus, sed potius nodus (Horat. Od. 2, 11. extrem. vnde apud eundem v. *renodare*) atque de omni comae religandae genere adhibetur. vid. Spanhem. Callimach. Cer. 5. ξανθὸς β. vid. supra v. 75. vbi erat ξανθὰν κόμαν. χλιδαινὸς, τρυφερὸς h. l. ἑταίρα χλ. delicata, χλιδὴ est τρυφή. Caeterum Scaliger ineptissimum censet vulgatum χλιδανῆς ἑταίρας (sed ego vbique vidi ἑταίρας) vnde legit χλιδανὴν ἔχων ἑταῖραν. ἑταίρα per euphemism. pro meretrice. μυροχρισνος, i. q. μυροβρεχὴς 2. Maccab. 4, 6. *vnguento delibutus*. Nam μύρον est vnguentum ex variis χρίσμασι mixtum. vid. Spanhem. ad Callimach. h. in Pallad. v. 16. Scaliger pro sequenti λιπαρὸς mauult λιπαρὸν (non λιπαρὸν, quod aliquoties eodem mendo repetitum inuenio in Rambach. edit. Casauboni Sat. Poël.) atque confert illud Horatii (Carm. L. II. Od. 7, 7.) *Coronatus nitenteis malobatro Syrio capillos*. λιπαρὸς proprie vnctus oleo, deinde pinguis, nitidus, vt h. l. Hinc de coena lautiori et apparatu vsurpatur, vnde Lat. vnctior culina. vid. Aristophan. Equitt. v. 536. Prior notio in eiusd. Plut. v. 616. reperitur, vnde simul patet priscos sese lauisse in balneo, antequam coenam adirent,

 postea

Digitized by Google

postea vero sese vnxisse oleo, ne frigus in poros balneis apertos intraret. Altera significatio est in Nub. 1002. vbi cum εὐανθὴς iungitur, i. e. nitidus et colore viuido praeditus, vt solebant qui in gymnasiis et palaestris sese exercebant. v. Salmas. Confutat. Anton. Cercoēt. p. 183. Vnde etiam est splendidus, illustris, quemadmodum in Euripid. Iphig. Taur. v. 112. Attica dicitur γᾶ λιπαρὰ, non pinguis, (erat enim teste Thucydid. L. I. c. 2. λεπτόγεως ob agri tenuitatem,) sed propter sobolem inde procreatam. vid. Galen. Protrept. c. 7. — inde etiam de vrbibus adhibitum legimus Aristophan. Acharn. v. 639. Nub. 298. vbi v. Schol. conf. Cel. Beck. ad Aristophan. Au. v. 825. ad quem Suid. respexit in v. λιπαρά, qui tamen non est notatus ab Interprett. Reiskius emendat: μυρόχρισον λιπαρὸν βόστρυχον. Musgrav. non male corrigi censet: μυρόχρισον λιπαρὸς βόστρυχον. ᾄδει δὲ θύρα τις οἴξει μοι. Tyrwhittus sic ista refingit: μυροχρίσης λιπαρῆς τε βόστρυχον.

Κυκ. θύρα τίς οἴξει; πᾶ, πᾶ, πᾶ ſſ.

Vltima verba θύρα τις κ. τ. λ. Musgrauius esse coniicit initium cantici cuiusdam commessantium, Athenienſibus probe noti. Idem vero recte dubitat, an speciosa alias lectio a Tyrwhitto proposita vera sit. Hic Vir doctus etiam in v. κυδᾷ δὲ — παρεπιγραφὴν reperire vult. Atque vt verum fatear, mihi haec sententia maximopere arridet. Existimo autem Cyclopem adhuc post scenam haec verba eloqui, atque nunc demum prodire et clamare πᾶ, πᾶ, πᾶ. κ. τ. λ. Minime placet Reiskii lectio κυδᾷ δὲ θύρα, τίς ἥξει μοι, strident fores, quis ad me veniet? (κυδᾷ, φωνᾷ, βοᾷ. vid. Suid. in v. κυδᾷ. οἴγειν alibi ἀνοίγειν, vt Aristophan. Nub. v. 183. Prius magis est poeticum apud Homer. Hesiod. alios). „*Haec nempe emendatio omnium pessima est et sensui communi destituta. Acquiescendum in sententia Musgraui, qui verum vidit.*“ Ita VIR SVMMVS in litteris nuper ad me datis. Non satis accurate ad mores temporum, de quibus nunc sermo est in hoc dramate satyrico, respexit Noster, dum in conuiuio μυρόχρισον βόστρυχον com-

me-

Digitized by Google

memorat. Si enim Plinio credimus, Troiani belli temporibus nondum erant vnguenta. Si vero, vt ingenue fatear, concedamus vnguentorum vſum tunc temporis nondum fuiſſe ignotum, tamen de hoc certe in conuiuiis vſu valde dubito, potius ſuccedente tempore ſaltem inter Graecos eiusmodi abuſus ex copia vnguentorum affluente, luxuque creſcente, ortus mihi videtur. Ipſe Vergilius Polydor. de inuent. rer. 2, 18. Plinium attulit, cui tamen aduerſari putat Ioſephum in Antiquitat. Iud. Lib. II. qui Iacobi exemplum allegauerit Geneſ. c. 43, 10. conf. 37, 25. ibique Cleric. adde Geneſ. c. 27, 27. vbi diſerte Iſaacus dicitur odorem veſtium filii Iacobi olfeciſſe, vnde patet, ſplendidiores veſtes aromatum odore aut odoratis vnguentis fuiſſe perfuſas. Neque non Arabia vicina iam illo tempore ſatis odorum ditioribus praebere potuit. Caeterum conf. Pſ. XLV. v. 9. Cantic. III, 7. IV, 10. Proverb. XXVII, 9. ibique Interpretes: vid. Chriſt. Wilh. Franc. Walchius de vnctionibus veterum Ebraeor. conuiualibus, et Kirchmaier. in Antiquitat. Hiſtor. Paſſ. Chr. cap. de ritu vnctionis, et Annotat. ad Cornel. Nepot. Ageſil. c. 8. 4. Caſaubon. ad Annal. Baron. Excercit. 14. pag. 297. ſ. ed. Genev.

## Actus Quartus. v. 501—619.

v. 501. πλέως ſub. εἰμὶ, quod etiam Musgrauius monet, qui citat Hel. 1539. vid. D'orvill. ad Chariton. pag. 49. alibi γέμω, quod ita cum Genitiuo iunctum per πλήθω explanatur a Suid. in v. γέμω. γάνυμαι, Suid. γάννυσθαι (cum duplici ν.) φαιδρύνεσθαι, χαίρειν, καὶ διαχύσθαι. Gloſſ. Homer. Il. v. 493. γάνυται, εὐφραίνεται, χαίρει v. Anacr. Od. 8, 3. δαιτὸς (conuiuii) ἥβης, i. e. floridi, quemadmodum Stiblin. cum Barneſio interpretatus eſt. Nam ἥβη alibi eſt νεότης, ἀκμή, Suid. vid. ſupra v. 2. et Hippolyt. 118. ſed h. l. praedicatum δαιτὸς conſtituit. Hoc igitur eſſe poteſt *conuiuium venuſtum*, vel



Digitized by Google

*conuiuium laetitiae*, quam ideam commode inuoluere videtur γοε. ἥβη. Vnde et Preuoſtus expreſſit: *joyeux feſtin*. Amiciſſimus meus Loesnerus hanc mihi ſcripſit de h. l. ſententiam: „Ego accipiam hunc verſiculum γάνυμαι in pa„rentheſi atque ſententiam hanc eſſe putem: *delector enim „copia et ſtrue ampla ciborum*, ἥβη δαιτὸς noue et audacter „dictum pro δαὶς πολυκλῆ, i. μεγάλῃ, vt κρέας πολυκλὲς apud Ari„ſtophan. Plut. (v. 1137.)." Brodaeus in appoſitione haec verba eſſe putat cum antecedente αἴης, quod mihi nimis quaeſitum videtur. Ita enim ille vertit: *laetor vino, conuiuii quaſi flore ac condimento*, ſine quo nil iucundum eſſe queat. Sed Musgrauius ad σκάφος refert atque explicat per: *alueum pubis*, vbi etiam pauca de v. σκάφος monuit, quae, cum a nobis accuratius expoſita ſint v. 85. repetere nolumus. Reiskius hic dictionem Homericam agnoſcit atque legit δαιτὸς ἴσης. Sed reiectis aliorum explanationibus Heathius de *epularum dapibus, carne* ſcil. *humana quam vorauerat*, accipit. Allegatur etiam Abreſch. ad Heſych. qui docet ἥβην dici voluptatem, quae ex conuiuiis capiatur. Florens: *hilaris cibo et liquore*. Huic enim non placet vulgaris explanatio: *conuiuium iuuenum*. Vnde coniecturas haſce profert. Primum (ſcribit ille) legi poteſt δαιτὸς ἴσης, ſenſu et bono, et Homero aliisque auctoribus vſitato. Deinde diſtingui poteſt, δαιτὸς, ἥβης ἀσυνδέτως, i. e. *conuiuio et iuuenibus*. Poſtremo optimus etiam ſenſus eliciatur, ſi legamus, γάνυμαι δὲ καὐτὸς ἥβης. Et ſic ἥβη eſſet ἄμπελος, vel Heſychio teſte. — Scaliger: γάνυμαι κῆ δαιτὸς ἥβης. Quo illud ἥβης? Scribendum putarim γάνυμαι δὲ δαιτὸς (αἰβοῖ). Eſt ἐπίφθεγμα ſaturorum hominum: hoc enim dicens ructat. Eſt enim exſultantis. Ariſtophanes (Au. v. 1342.) Αἰβοῖ· ὡς ἔστιν ὑδὲν τοῦ πέτεσθαι γλυκύτερον. Scholion: Αἰβοῖ, τὸ αἰβοῖ ὁ μόνον ἐπὶ χορτλιασμοῦ ἐστιν, ἀλλὰ κῆ ἐπὶ ἡδονῆς, ὡς κῆ νῦν. Henr. Stephanus pro ἥβης putat ἤδη ſcribi debere. Barneſius h. l. ſic explanat: γάνυμαι ἕνεκα τῆς πόσεως, δαιτὸς ὅσης τῆς Ἥβης, ἢ θεοῖς οἰνοχοῦ, ὡς Ὅμηρος — μετὰ δὲ σφισι πότνια Ἥβη κύπελλα ἐρυθρο-

Digitized by Google

ἐμποχόσι. ὁλκὰς *nauis oneraria* (ἡ ἐμποριχὴ ναῦς παρὰ Θουκυδίδῃ (Lib. II. c. 91.) καὶ ὁλκάδες, πλοῖα. Suid.) cuius gubernator dicitur ναύκληρος, hoc enim a κυβερνήτης vt vocatur nauigiorum, distingui a Philone iam in Specim. Curar. in LXX. Ion. secundo p. 1. monuimus. vid. Rittershus. ad Oppian. Cyneget. IV, 58. p. 131. Schol. Aristophan. Equitt. 171. ὁλκάδες, τὰς ναῦς ἀπὸ τῆ ἕλκειν. conf. eiusd. Pac. 37. vnde haud dubie voc. maiorum nostrorum *Hulke*. Iam h. l. additur σκάφος eodem modo quo supra addi vidimus v. νεώς. v. 85. — Alias etiam adiicitur ναῦς. Scaliger monet hanc esse phrasin Euripideam. — Conferri meretur locus in Plaut. Pseudol. Act. V. Scen. 2. v. 12. vbi Simo quaerit: dic, vnde *onustam celocem* agere te praedicem? Respondet Pseudolus: cum tuo filio perpotaui modo. γεμίζω, τὸ αὐτ λῶ Suid. qui Genitiuo et Accusatiuo hoc v. iungi scribit, ei opponitur ἐξαντλῶν, de quo ad v. 10. et 110. monuimus, vnde γεμίζεσθαι de nauigio aqua repleto in Marc. 4, 37. vid. Reisk. Ind. Demosthen. Sed quid monstri alit versio Latina Florentis: *Gemo*? Num forte in mente habuit illud Virgilii, quod hic conferri meretur: *Gemuit sub pondere cymba*. Aeneid. VI, 413. (?) ποτὶ στέλμα γαστρὸς ἄκρας *vsque ad infima tabulata ventris*. Non enim opus est, vt ἄκρον legamus, quod aliquando voluit Musgrav. qui et ipse postea vidit ἄκρας per enallagen casuum idem significare posse, vnde etiam allegat Soph. Oed. Tyr. v. 1413. Aiac. v. 1010. γαστὴρ, κοίλωμα τῆς νηὸς, vt apparet ex glossa Suidae supra ad v. 85. citata. In Ion. 1, 5. Graeca versio habet: κοίλην (sc. χώραν) πλοίου (pro Hebraicis ירכתי הספינה quae Vulgat. per interiora nauis vertit) vbi tamen Arabs legisse videtur κοιλίαν, atque cum hoc comparari commode potest hic locus noster, quem etiam in Specim. Curar. Exeget. — in LXX. Ionae primo p. 15. (c. 1. v. 15.) allegauimus, vbi addi potest Manger. ad Ahmedis Arabsiadae Vitam Timuri T. I. p. 53. Wesseling. ad Herodot. pag. 35. De v. στέλμα vid. ad v. 144.



Digitized by Google

v. 505. ff. ὑπάγει, ἐξαπατᾷ Suid. qui commodum locum allegauit, in quo κέρδος aliquem dicitur ὑπάγειν i. ἐξαπατᾶν, allicere. Nam ἐξαπατᾶν eſt, i. q. δελεάζειν, quod de esca qua animalia capiuntur dici conſtat. Eodem fere modo ſupra v. 156. παραπαλᾶν adhibitum legimus. χόρτος dicitur εὐφρεῖν, vt *laeta ſeges* Virgilio Georg. I. I. init. i. e. gramina laetum adſpectum habentia vel exhilarantia, quemadmodum eadem de causa vinum Homero nuncupatur εὐφρεῖν. Alias h. v. vſurpatur de eo, qui beneuolus eſt, quod, quanquam a Stephano negatur, exemplis tamen v. c. Aeſchyl. Choëph. 707. Suppl. 20. Homer. Hymn. in Vener. 102. aliisque illuſtrari poſſe videtur. Florens Chriſtianus *eos* ſcribit *ambitum hilarem* interpretari, *qui* non *mentis* ſed *verborum ſignificationes* tantum ſatagant. Quid vero hoc ſit, rogat, ac fortaſſis ſubſtituendum cenſet κορμὸς, vt ſtipitem intelligamus et ſcipionem, quo nitatur ille vuidus, et nimis incedens trepidanter Iaccho; vnde vertit: *bona nam cortis aget me.* Me certe nunquam conſentientem habebit. Specioſam hanc eſſe coniecturam libenter dixerim, ſed an εὐφρεῖν eſt *bona*? ὧραι ſimpliciter dicuntur viciſſitudines anniuerſariae. vid. Excell. Hindenburg. Animaduerſſ. ad Xenoph. Memor. p. 177. atque Cel. Beck. ad v. 695. et 709. vbi tempeſtates anni variae enumerantur, adde Valckenar. Diatrib. c. 1. p. 6. (qui etiam notat, interdum voc. ὥρα adiici ἐτήσιος ſeu ἔτειος,) nec non Fiſcher. V. S. Anacr. 34, 4. Zeun. in Ind. Xenoph. Oeconom. H. l. additur ἦρος, vt in Ariſtophan. Nub. 1008. ὥρα etiam de verno tempore legitur in Homer. Il. σ. 468. Confer illud Horatii ad Torquat. Od. IV, 7. init. Diffugere niues: redeunt iam gramina campis, Arboribusque comae ff. Κύκλαπές τ' pro Κύκλωπας errore typographico a Barneſio ſcriptum iam Musgrav. animaduertit. ἀδελφός, ſupra v. 444. κασιγνήτης. Gallus interpres vertit illa ἐπὶ κώμ. *à celébrer la fête du printems.* Ex his igitur patet hoc Drama actum fuiſſe in feſtis Dionyſii tempore verno celebratis. vid. Caſaubon. de Satyr. Poëſ. p. 159. et 158. ed. Rambach. ἐν δόμοις, alias eſ-

ſe

Digitized by Google

se posset pro εἰς δόμους, neque enim ignoratur haec praepositionis vis, cum nomine loci iunctae, inprimis in Thucyd. (ad cuius L. VIII. c. 17. videndus est Ducker.) atque etiam apud Latinos *intus*. Ovid. Metam. 10, 457. Terent. Andr. V, 6, 14. Sed hic ἐν δόμοις referri debet ad ἀσκὸν, *vtrem qui intus est* afferri iubet, vt secum ad Cyclopes fratres portare possit. Cyclops enim nunc erat extra cauernam. Pro illo ἐν δόμοις, quod est in ed. Ald. Mf. E. habet ἔνδος μοι, quemadmodum legitur in Iphig. in Taur. v. 167.

v. 509. ff. Nunc chorus cantu pulcherrimo quidem sed ironico Cyclopem salutat atque excipit. Scaliger Semichorii notam (ἡμιχ.) praeponendam censet. Putat enim esse idem Semichorium, quod antea, inuitans εἰς κῶμον. καλὰς (καλᾶς) vt δεινὸν δέρκεσθαι in Hesiod. Ἀσπ. 160. καλὸν δέρκεσθαι Ibid. Theogon. 911. vid. Fischer. ad Platon. Phaed. 35, 51. 47, 35. 59, 11. Alia lectio est: καλὸς. ὄμμασι, ὀφθαλμῷ, vt supra v. 458. 468. coll. 473. ἐκπερᾷ (pro quo, nescio an vere, ἐκπερᾶς mauult Heathius) i. q. ἐξέρχεται. μελάθρων (vid. v. 429.) a Cantero mutatur in μέλαθρον, tunc igitur καλὸν non esset aduerbiabiliter intelligendum atque *pulchra* Cyclopis *aula* indicaretur. φιλεῖ τις ἡμᾶς (al. lectio ὑμᾶς) *amat nos aliquis*, quae verba ita simpliciter comparata mihi hanc ideam innuere videbantur: *Nos magnus vir amat* — ita vt sit laus, qua Cyclops effertur; τις enim in masculino et τι in neutro genere apud Graecos *eximium aliquem* et *magnum quid* significat, sed nescio an vnquam in hoc contextu sine ἄνω occurrat. vid. Hoogeuen. ad Viger. p. 149. Saepe vero etiam certum quendam indicat, vt Aristophan. Au. v. 580. Δάμπων — τις, atque intelligitur ipse Lampon. vid. Cel. Beck. ad l. l. Sed tum forte esse debebat Κύκλωψ ἐκπερᾷ μελάθρων φιλεῖ τις ἡμᾶς. Si liceret scribere φιλῶι, tum redundare dicendum esset τις. Malo tamen interea praeferre hanc notionem pronominis, qua certum quendam hominem significat, ad quam praeter l. l. afferre liceat Theocrit. Idyll. 5, v. 120.



ASHMOLEAN OXFORD
Digitized by Google

coll. 121. vbi haec leguntur: Ἤδη τις, Μόρσιμ, πικραίνεται· οὐχὶ παρήδειν; vid. Heinſ. ad h. l. in Lect. c. 10. fin. vbi de hoc pronominis vſu plura monuit. Totus hic locus, ſcribit Florens, videtur mihi mancus et luxatus. Si ſub perſona Cyclopis, auſim dicere, ex induſtria affectaſſe Euripidem ſermonem confuſum et ſaucium flore Liberi, qui Polyphemo pedes tentauerit, et linguam vinxerit. Putabam tamen aliquando, hunc verſum eundem eſſe debere cum duobus praecedentibus; et vt ſimilis eſſet et Anacreonticis, legebam ſublato aſterisco, θεὸς ἤν φιλῇ τις ἡμᾶς vel καλός. Musgrauius ipſe, ita ſupplendum verſum mutilum, quem cenſet, ſuſpicatur: καλὸς ὤν, φιλῇ τις ἡμᾶς. *Amat nos aliquis, qui et ipſe formoſus eſt.* Quibus verbis idem recte Cyclopem deſignari putat.

v. 512—516. ἐμμένει δαΐα Mſ. G. ἐμμένει δαΐᾳ, quod etiam Cantero placet, non δαίει, (vt in Barneſii editione ſcriptum legitur) quantum equidem ſcio, quanquam non incommodum eſſet δαίει, i. e. lucet, ſ. comburit. vid. quae paulo poſt de h. v. dicemus. Musgrauio auctor hoc loco non adeo aperte Vlyſſis conſilium declaraſſe videtur, ſed tecte et per ironiam ſignificaſſe, vnde ille Mſ. G. nonnihil fauente legit:

λύχνα δ' ἐμμεῖ' ἰανῇ σοι
χρόα γ', ὦ τέρεινα νύμφα,
δροσερῶν ἔσωθεν ἄντρων.

*Lucernae autem accenſae curem tibi, o Sponſa delicata, recreabunt intra ſpeluncam roscidam.* Haec vna cum verſu praecedente voce ſubmiſſa proferri intelligendum putat Heathius, vt Chorus vila Cyclopis ebrietate, laetatus dicat: *amat nos aliquis* (deus forſan) *accenſa vero hoſtilis fax corpus tuum* — et deinde ἐκκαύσει, vel περιφλέξει, vel ſimile quid dicturus ſe reprimat, abruptoque ſermone ad Cyclopis laudes reuertatur. Ideoque haec omnia a φιλῇ τις incipientia, et in σὸν χρόα terminata, parentheſis quaedam eodem Heathio monente

Digitized by Google

nente existimanda sunt, vt verba χαῖς τέρενα νύμφα cum praecedd. ἐμπερᾷς μελάθρων connecti possint. Caeterum Reiskius coniecerat, vt est in Mſ. G. supra laudato, vt sensus sit: *exspectant te faces accensae.* Excell. Beck. Gloss. Sangermanens. hic adscripsit: λύχνα δευτέρως· Ἡρόδοτος β. (2, 62.) Εὐριπίδης Κύκλωπι. v. Wesseling. ad Herodot. pag. 132. λύχνα, alias λυχνία, quod tamen non est atticum, tunc enim potius esse deberet λυχνίον, vt diserte docuit Phrynich. pag. 139. ad quem vid. Nunnes. conf. etiam Thom. M. in h. v. et Interprett. eius, nec non Valckenar. ad Ammon. pag. 19. atque Ruhnken. Tim. Lex. Platon. p. 124. λυχνία est lucerna, in qua incendi solet funiculus (ἐλλύχνιον, vt Gloss. Vett. reddunt.) Caeterum λύχνα finalem litteram corripit, vt iam Heathius monuit. δαΐος autem *hostilis*, Aeschyl. Theb. 149. Sophocl. Ai. 368. Iphig. Aul. 299. 1504. Lycophron. v. 86. apud Veteres Tragicos *infelix*, Aeschyl. Pers. 287. deinde *vehemens*, *velocissimus*, Aristophan. Nubb. 334. atque etiam *peritus*, in eiusd. Ran. 925. vbi copiose de h. v. egit Spanhem. est autem a δαίειν, vrere, incendere, vt Euripid. Troad. v. 826. σὲν χρόᾳ subint. περὶ, Florens reponit χροΐα, atque sequens ἐξομιλήσει exponit ἀπαντήσει, ἐντεύξεται. ἐξομιλῶσθαι τρατῷ legitur in Iph. Aul. v. 735. (quod a Niemeyer. S. R. in indice omitti non debebat) occurrit etiam in Plutarch. Parallell. vit. Stiblinus vertit: *Insignis vero lucerna accensa tuum decet corpus.* Malo subintelligere ἔσω (sit accensa circa corpus tuum, i. e. luceat, te cingat, praeeat) atque post voc. ἄντρων, ὡς, *veluti nympha tenera roscido sub antro sedes vel nites*, quemadmodum expressit Stiblin. Propior explicationi nostrae esse videtur Preuostus, qui ita vertit: *On allume un flambeau pour lui, ainsi que pour une tendre épouse, dans l'interieur de ces antre frais.* Idemque sequentia hoc modo reddit: *Bientôt on verra son front orne d'une guirlande de couleurs variées.* Quod nuper Musgrauius de tecto et ironico horum verborum sensu monebat, id iam vidit Brodaeus, vnde δεδορκὼς est est: *nunc videns, mox coecus futurus* (τυφλ.) *Polyphemus* —



Digitized by Google

λύχνα ἄμμ. lucerna accensa — *torris* — σὸν χρόα, περὶ, vel *corpus tuum incendens.* Cogitaui de hac verborum constructione, quae sanè longe alium sensum efficit: nimirum illud ὡς in v. 513. repeto; ὡς δὲ λύχνα ἄμμ. δ. σὸν, i. e. κατὰ σ. χ. (*quod ad corpus attinet, corpus* s. *cutis tua* sc. *est* vel *nitet vt fax accensa*) *atque roscido sub antro vt tenera Nympha nites vel sedes.* Profecto hic mihi concinnus videtur sensus esse, non alienus a Satyrico dramate. Nullum tamen respectum habuerim ad sensum quendam tectum, quanquam ironiam non negauerim. Ni fallor, ipse Florens mecum eandem ideam hisce verbis singulis subiecit, ita vertens: *Decor ac tuus nitentes superat faces, et intra Thalami antra bella Nympha es.* Caeterum Barnesius horum verborum hanc mentem esse censet: λύχνα ἡμμένα δαΐα, ἤγουν δαλὸς, ὡς λύχνος ἡμμένος, δηΐως σὸν χρόα τυφλώσων μένει. Τοιγαροῦν ἀμμένει ἀντὶ τοῦ ἡμμένα ἔνοι γεάφυσιν. Adiicere liceat Scaligeri de omni hoc loco iudicium. Obscurissima (ait ille) sunt verba καλὸν ἐκπεφᾷ κ. τ. λ. idque propter mutationem personae secundae in tertiam. Alloquuntur enim Cyclopem inuitantes ad amicam ἐπὶ κῶμον, a qua in antro ait eum exspectari, καλὸν ὄμμασι δεδορκὼς καλὸς ἐκπέφα μέλαθρον· φιλεῖ τις ὑμᾶς. Est quaedam Nympha, quae vos deperit, σὸν χρόα θ', quae te tuumque corpus deperit, vtpote τέρεινα ἐντὸς ἄντρων. Illud λύχνα δ' ἄμμένα δαίει, includendum parenthesi. Ita lux reddita obscurissimo loco. ἠ μία χρόα, i. e. *varii colores* (στεφάνων,) *coronarum caput tuum cingent, ornabunt, bald soll ein buntfarbiger Kranz deine Schläfe zieren.* Lubentissime edoceri cupio de sensu, qui his verbis inesse potest, commodiori ac faciliori, modo ne corrigamus atque alia in textum ingeramus, vt Musgravius atque Heathius fecere. Certe crediderim Satyros statim laudibus efferre cantu, nec alia canere, atque postea abrumpere. Nam Cyclops iam egressus est ex antro, neque tam ebrius est factus, vt intelligere nequeat quae Satyri canunt.

v. 517. ff.

Digitized by Google

v. 517. ff. Sequitur nunc colloquium inter Cyclopem, Silenum, atque Vlyſſem, de quo recte atque acute iudicauit Gallus interpres, vt ſupra indicauimus. τρίβων, ἔμπειρος, vt Heſych. explanat, nam τριβώνος, quod hic habet, neceſſario mutari debet in τρίβων, niſi forte rectius coniecerim τρίβωνος, ἐμπείρου, quemadmodum gloſſa in Suida legitur. Eſt autem voc. μέσον, nam in bonam partem (Med. 686.) atque malam, et quidem in hanc frequentius vſurpatur, et omnino ita dicitur peritus, verſatus, tritus in aliqua re (i. q. alias ἐντριβὴς in Sophocl. Antig. v. 177.) vid. Euripid. Bacch. v. 716. vbi conf. Barneſ. Ariſtophan. Veſp. 1418. Nubb. 869, 870. *geübt*, *erfahren in einer Sache*, *der ſich auf etwas verſteht.* Alibi Genitiuo gaudet vt h. l. ſed interdum etiam cum Accuſatiuo iunctum legitur Euripid. Med. 656. Rheſ. 625. Βακχίᾳ ſc. ποτῷ, i. e. οἴνου, Μαίωνος. vid. v. 453. De vario adiectiui βάκχιος vſu diſſeruit plura Kuſter. ad Ariſtophan. Thesmophor. v. 997. πιῶν, quod in plerisque libris legitur, etiam reperitur in MSS. Steph. Verum Aldin. πιὼν, quemadmodum etiam ed. Stiblin. habet. Tum vere ſenſus eſſet quem in verſione ſaltem expreſſit Florens: quem propinaui tibi.

v. 519—524. ὁ Βάκχιος, pro Βάκχος, vid. Ion 1189. Bacch. 1187. 996. *Bacchus ille qualis eſt Deus?* Crenius autem ita vertit: *iſtum Lyaeum dic mihi an ferunt Deum?* — Minus accurate in hoc contextu. Vlyſſes reſpondet, ſummum eſſe Deum, qui hominibus gaudia creet (id enim eſt ὡς τέρψ. β.) vnde et Preuoſtus, qui tamen cum Crenio priora verba explicat, hoc modo illa reddit: *Et ce B. paſſe donc pour un dieu? — et qui procure aux hommes de doux plaiſirs.* ἐρυγγάνειν, ἐρεύγεσθαι, ἐγκωμιάζειν, εὐχᾶν. ἐρυγή, πνεύματος ἀναπομπὴ ἐκ στομάχου. Item: ἐρυγή ἐστι πνεῦμα κρύφιον, κατὰ τὴν ζέσιν τῆς τροφῆς ἀποξηγνυμένων τῶν πομφολύγων, ἐπὶ τὸ ἄνω διαπνεόμενον. Suid. Alias, vt obiter obſeruare liceat, ἐρυγγάνω aliquantulum differt ab ἐρεύγεσθαι, prius enim, teſte Phry-

Digitized by Google

Phrynicho de ieiunis, alterum de ſatiris proprie adhibetur. Haec notio ſi hic recepta fuerit, comica quidem, ſed Cyclopicum ingenium ſapit. Homerus Od. Lib. I. v. 374. de Cyclope narrat: *ὁ δ' ἀχεύγετο οἰνοβαρείων.* Neque tamen incommode expreſſeris per laudare, quod video in margine Ed. Stiblin. notatum. Suidas ipſe per *ἐγκωμιάζειν* interpretabatur h. v. vt vidimus. *δαίμων* interdum iungitur cum *θεός*, vt Ariſtophan. Plut. 81. atque tunc prius de Deo maiorum, alterum minorum gentium dicitur. Saepe autem *δαίμων*, i. q. *θεός*, vt in Euripide. Musgrauius ita haec verba diſtinguit: *τοιόσδ' ὁ δαίμων· οὐδένα βλάπτει βροτῶν.* Sic etiam Prevoſtus intellexit, vt ex eius verſione patet: *Telle eſt cette divinite bienfaiſante etc.* In Stiblini ed. ſequentia ſic le habent: *θεὸς δ' ἐν ἀσκῷ; πῶς γέγηθ' οἶνος ἔχων; Deusne in vtre? quam laetor vinum habens*, aut ſi *γέγηθ'* pro *γέγηθε* accipere malueris, *quam laetatur* (vter) *vinum continens.* Praefero lectionem quam etiam in Florentis editione reperimus, *θεὸς δ' ἐν ἀσκῷ πῶς γέγηθ' οἶνος ἔχων; quomodo poteſt Deus libenter in vtre habitare? vtrem ſibi pro habitaculo eligere? Ein ſonderbarer Geſchmack, daß eine Gottheit im Schlauche wohnt!* *οἶνος ἔχειν*, i. q. ſimpl. *οἰνᾶν, νικᾶν, εἶναι ἐν ἀσκ. εὐπετής, εὐχερής, καὶ εὐπετῶς, ἑαδίως, εὐχερῶς, εὐκόλως.* Suidas. *σῶμ' ἔχειν* pro *ἑαυτὸν ἔχειν*, i. e. *οἰκεῖν*, ita enim *περιφραστικῶς σῶμα* vſurpari conſtat. vid. ſtatim ab initio huius fabulae. Coniiciebam *δῶμ'*, ſed videbam poſtea iam Musgrauium cum Pierſon. ita legendum cenſere, atque ad v. 524. (523.) prouocare. *ἐν δέμνασι*, e quibus, vt conſtat, vtres conficiebantur.

v. 526—533. *τέρπει* ſc. *vinum in vtre contentum, ſi te delectat, quid vter ad te?* *μισεῖν*, non eſt odio perſequi, ſed potius non amare, non curare, aeſtimare, non tanti facere, atque opponitur *φιλεῖν*, magni facere, praeferre. Quemadmodum *μισεῖν* nec in N. T. libris ignoratur, vt in tritiſſimo illo loco Matthaei 6, 24. *μέσει ἕν*, ita Ed. Ald. Stiblin. Florent.

Digitized by Google

rent. Sed Mſ. G. vt Canterus quoque coniiciebat, μένων νῦν αὐτῶ. Florens in not. ad h. l. mauult coniecturam ſuam, quam fallere negat μεθ' ἓν σὺν αὐτῷ. Facile enim fuiſſe putat ex μεθ' ἓν facere μένων, et ex σὺν, ἓν factum, mutato αὐτῶ in αὐτῷ. εὐθυμεῖν bono animo eſſe, opponitur κακοπαθεῖν Ep. Iacob. 5, 13. ſtatu rerum laeto vti, rebus fecundis vti, laetari. Atque in Xenoph. Hellen. Lib. VIII. — eodem fere modo ἐθαπτοποιοῦντο καὶ εὐθυμοῦντο. Neſcio an vbique conſtet, quod Varinus ſcribit, εὐθυμοῦμαι, ἀττικῶς, εὐθυμῶ, ὑδαμῶς κατ' Ἀττικούς. προσδοκίαις, κοινωνοῦσι. ἔχων αὐτός, i. e. μόνος, vt ſupra v. 452. v. Hemſterhuſ. adLucian. T. I. p. 230. 3. Abreſch. Auctar. Thucyd. pag. 223. Platon. Phaed. c. 8, 9. 19, 7. haec addi poſſunt iis quae iam Viger. adque eum Hoogev. p. 614. monuere. τιμιώτ, φαι. φαίνεσθαι vt δοκῶν, *videri* pro *eſſe*. vid. Viger. p. 305. ibique Zeun. adde Hippolyt. 333. *Plus honoris, commodi hinc deportabis.* — πυγμὰς — Athenaeus pag. 36. hunc verſum paullo aliter citat: πληγὰς ὁ κῶμος, λοιδορόν θ' ὕβριν, φέρει. πυγμή, πάλη, σύγκλυσις δακτύλων, γρόνθος. Suid. *pugnas, rixas, conuicia, amat conuiuium.* φιλεῖ, pro ἄωθε κινεῖν πυγμὰς κ. τ. λ. *contrahere, mouere, excitare rixas ſolet.* φιλεῖν enim, vt Lat. amare, adhiberi ſolet pro conſuescere, ſolere. *Bey Schmauſereien gehts ja ohne Prügel, Schimpf, und Zank nicht ab.* μεθύωμεν, largiter bibamus, *wir wollen uns ein Räuſchgen machen, beſaufen*, vnde Preuoſtus bene vtitur verbo *enivrer*. Reiskius ſeiunctim ſcribit μεθύω μὲν duabus vocibus. ψαύσαι, *ne vero aliquis audeat me tangere, ſi ſcilicet ſum inebriatus.*

v. 534—541. ὦ τὰν, pro ὦ ἑταῖν dorice pro ἕτα ab ἕτης, de quo vid. Heſych. et Schol. Homer. Il. σ, 239. ὦ τὰν, ὦ ἕτος, ὦ φίλε, ὦ τάλαι, καὶ ὦ μέλεε· ταῦτα παρὰ τοῖς νεωτέροις ὑπὸ μόνων λέγεται γυναικῶν. παρὰ δὲ τοῖς παλαιοῖς, καὶ ὑπ' ἀνδρῶν. Idemque de vno non tantum, ſed etiam duobus atque de multitudine dici, notat. vid. Schol. Ariſtophan. Plut. pag. 8. (vnde

Digitized by Google

(vnde quaedam habet Suid. et Etymolog. in v. ὦ τᾶν, nec non Suid. in v. ὦ μέλεε et Viger. p. 435. vnde non eſt, quod cum Barneſio haeſitemus de h. v. πεπωκότα, ebrium, bene potum. μεθύειν h. l. largiter bibere, Preuoſtus bene: ebiberen. Alias in N. T. etiam eſt ſe ſaturare potu, vt 1. Cor. 11, 21. ἠλίθιος, ἄφρων, ὁ σκληρός, ἡ ἀναίσθητος. Suid. ſtolidus, ſtultus, vecors, vt in Ariſtophan. Ran. 948. Eccleſ. 759. (vnde patet plus eſſe quam ἀνόητος,) eique ſtatim opponitur σοφός. Brodaeus confert illud Antiſthenis cum noſtro loco: οὔτε συμπόσιον χωρὶς ὁμιλίας, οὔτε πλοῦτος χωρὶς ἀρετῆς ἡδονὴν ἔχει. ὅς δ' ἄν. Reisk. αὖ. δῶ, quid opus eſt aliis componentibus? κοὐ μήν, haec obiicit Cyclops, loquitur nimirum de loco, vbi fratres verſantur. οὖδας, γῆ, ἔδαφος ſaepius apud Euripid. — Lycophr. v. 557. ἀνθηρὸς, floridus, dicitur v. c. de prato Ariſtophan. Au. 1093. Ran. 351. vbi quidem in textu eſt ἐπάνθηρον, ſed haud dubie cum Biſeto, (cuius Schol. ad h. l. vide) ſcribendum ἐπ' ἀνθηρὸν, quam lectionem Kuſterus reperiri in Cod. Vatic. monet. Deinde omnino ἀνθηρὸς dicitur de eo, quod eſt recens nec vſu tritum, vt Xenoph. Cyrop. I, 6, 38. vbi vid. Hutchinſon. et Zeun. χλόη autem herbam eſſe, ſ. gramen nemo neſcit; vnde Ceres in Ariſtoph. Lyſiſtrat. 835. ita dicitur, vid. Florent. Chriſtian. et Biſet. ad l. l. qui cauſam huius denominationis attulit. λαχνώδης a λαχνήεις vel λαχνὸς, lanoſus, villoſus, δασύς. Priorem ſyllabam in λαχνῶδες communem eſſe, docet Barneſius ad h. l. et Phoeniſſ. v. 19. Idemque monet, λάχνη notare quemuis florem alicuius rei mollem et ſuperpullulascentem, proprie fere ad iuuenum virorum barbas, per figuram etiam ad arbores, aues, beſtias, terram et mare, vt muscum, plumas, ſetas, pilos, villum et crines, herbam et ſpumam referri, in hoc itaque noſtro loco herbidum ſolum indicari, a λα intenſiuo, et χνόος, χνῆς, a χναίω et χναύω, carpo, vellico, rado. Caeterum Musgrauius putat illud λαχνῶδες regi a χλόης; ſolum florido gramine villoſum eſt. Nunc Silenus quaerit, annon bene etiam aliquis ſeſe habeat qui inter ſolis radios bibat.

Digitized by Google

bat. Nam θάλπος de aestu solis v. c. occurrit in Aristoph. Au. 1096. a θάλπειν. πλευρὰ τιθέναι, fere vt τιθέναι πόδα atque similia, non multum differt a κλίθητι, decumbe. Supra v. 409. adhibebatur hoc sensu verbum ἀναπίπτειν.

v. 542. ff. Ἰδὲ extra versum poni monet Barnesius. παρὰ, Reisk. παρὰ. κλέπτοντα πίνειν, paulo post v. 544. ἐκπίνειν λάθρα. Similiter Aristophan. Equit. 110. κλέψας ἔνεγκε. De quo Graecismo saepius obuio vid. Viger. l. l. p. 253. et 336. κάθες, MSS. Musgrauii et ed. Ald. κάτθες. Vulgo κατάθες, quod etiam habet Scaliger, atque Casaubonus metri et sententiae causa scribendum esse putat.. ὅ, τι σε χρὴ καλεῖν, pronomina τί, ὅς, ὅ, τι, τοῦτο, cum verbis nominandi a Graecis ponuntur pro aduerbiis πῶς, καθὼς, ὅτως. Sed eleganter ὄνομα omittitur alibi, quod hic plene additum reperimus. Vnde etiam in Luc. 1. v. 62. τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι pro κατὰ τί ὄνομα, ibi Kypk. in Obss. SS. plura exempla e Iosepho, Plutarcho, Demosthene aliisque attulit, quibus, quae diximus, confirmantur et illustrantur. Adde etiam Thom. Wopkens Lection. Tullian. (quae Amstelodami a. 1730. prodierunt) p. 115. λαβὼν — ἐπιτιθέσω, *quodnam beneficium, quamnam gratiam* (χάριν) *a te exspectabo, accipiam — vt te laudare, tecum contentus esse possim.* χάρις etiam potest verti per *praemium* s. *mercedem*, quam Vlysses pro vino Cyclopi suppeditato, egregio munere, quo tantopere Cyclops exhilarabatur, quodque sibi soli reseruare, nec cum Sileno communicare volebat, iure meritoque exspectare ac sperare poterat; diserte enim per synonym. γέρας v. 548. exprimitur. Neque haec h. v. notio Scriptoribus N. T. ignota est, sic enim Luc. 6, 32. ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; quod Matth. 5, 46. redditur per: τίνα μισθὸν ἔχετε; adde 1 Petr. 2, 19. s. atque Elsner. in Obss. T. I. pag. 207. Caeterum de vsu v. χάριτος, atque de formulis vsitatis, χάριν ἔχειν, ἀποδιδόναι, τελεῖν, αἰδέεσθαι, aliisque vid. Hoogeuen. ad Viger. l. l. pag. 151. quibus addi possunt quae monuimus. καλὸν γέρας, ironice,

egre-

Digitized by Google

*egregium praemium* — γέρας, Hesych. τιμὴ, ἀμοιβὴ, δωρεά. — γ. διδόναι, remunerari. Dicit autem Vlysses ξένιον pro ἐμοὶ, id enim simul inuoluit ideam improbitatis atque inhumanitatis summae, qua munus *hospitis* egregium, quod Cyclops sibi tantam voluptatem praebebat, remunerari vult. Profecto, an melius depingere potuisset Noster hominem ius naturae violantem, dubito. Non modo hospitalitatis sacrosanctas leges, quae tunc temporis habebantur, verum et grati animi officia transgreditur, quid dicam, inter ipsa, quibus fruitur, gaudia ab hospite suppeditata — transgreditur, atque tale ei promittit beneficium, quod non ab humanitate sed crudelitate summa exspectari poterat, certam nefandamque mortem, quae demum post occisos ac deuoratos, qui superstites adhuc erant, charissimos socios itinerisque et laboris bellici comites fidos, imminebat.

v. 549—553. ὅστις, simpliciter vel cum aduerbio vocandi ὦ saepe pro heus, heus tu, de quo vid. Viger. l. l. p. 434. s. qui tamen pauca tantum monuit, sed addi possent Stolberg. Praelect. in Sophocl. Aiac. v. 71. p. m. 121. ed. antiq. atque praeter nostrum huncce locum etiam Alcest. v. 773. ἔκυσεν ὅτι — locus qui a Sileno exspectari potest. *Non ego vinum* clam bibere volo, sed *vinum ipsum* sponte, *me* deosculabatur. καλὸν βλέπω, Stiblin. vertit: *quod festiuum intuear.* Florens: *Imo intuenti bellulum — fert oscula.* Equidem malo interpretari: quoniam pulchrum adspectum habeo — *weil ich so schön aussehe*, vnde Preuostus: *il me prenoit pour une jeune beauté.* Ita saepe apud Graecos v. c. Aeschyl. Prometh. v. 238. οἰκτρὸς ἰδεῖν. v. 246. ἐλεεινὸς ἰσοροᾶν. vid. Gedike VIR SVMMVS ad Sophocl. Philoct. v. 111. pag. 57. vbi recte Scholiasten refutavit (qui illud βλέπειν ad animum transferebat,) atque illum h. v. vsum ex Aristophane illustrauit. Neutrum autem pro aduerbio καλῶς in simili contextu supra v. 510. adfuit, vbi vid. not. Pro eo infr. v. 666. est αἰσχρὸν φαίνεσθαι. φιλῶντα, pro ὦ φιλῶν σε.

Ra-

Digitized by Google

Rarius quidem participii casus in Accusatiuum mutatur, licet praecedat participium in diuerso casu cum particula ὡς vel sine illa. vid. Viger. l. l. p. 328. et Zeun. ad h. l. Sed placet φιλῶντα ad οἶνον referre, quod magis commodum videtur; vnde et Interprett. ita verterunt atque Preuostus: *Il s'en coûteras cher, si tu continues tu l'aimer plus qu'il ne t'aime.* ναὶ μὰ Δί', *certissime amat me, cum ipse dicas, me amari a te, quia pulcher sim.* Eundem quoque sensum Reiskius verbis hisce inesse putat, dum scribit: *imo vero amat me vinum, quia e tua ipsius confessione pulcher sum et tibi amatus.* φής, ita Ed. Ald. quod male retineri a Barnesio censet Musgrauius, qui optime a Florente scribi monet φησ' ἐμέ, i. e. *quia me tam formosum amare inquit.* Si retinere malueris φής, referri debet ad sequentia, quibus se Silenus Ganymedem Iouis (Cyclopis) facit. Caeterum profecto hoc risum excitare debebat, constat enim Silenum minime, prouti fingitur ab antiquitate, de pulcritudine corporis externa gloriari potuisse, quam h. l. iactat. Lucianus enim in προσλαλιᾷ Sileni hanc nobis imaginem venustam exhibet: βραχὺς πρεσβύτης, ὑποπαχὺς, προγάστωρ, ξινόστομος, ὥστε μεγάλα ἔχων. Quem quidem locum video a Musgrauio ac Preuosto iam laudatum. Eidem Luciano Tom. II. Opp. pag. 710. describitur: φαλακρὸς, σιμὸς τὴν ῥῖνα, ἐπὶ ὄνου πολλὰ ὀχούμενος. vid. Scalig. L. I. Poëtic. c. 4. et 12. L. III. c. 99. Neque tamen propterea displicere debebat Cyclopi, cuius certe gustus longe diuersus est a spectatorum atque lectorum. Neque assentior VIRO SVMMO, qui litteris ad me datis monebat, fuisse etiam in antiquitate pulchros Silenos, atque eiusmodi Silenum h. l. intelligendum esse. τὸν σκύφον δίδω, Tyrwhittus τὸ σκύφος. δ. quod optime iudicat Musgrauius.

v. 554—561. κέκραται, Graeci enim solebant vinum miscere aqua, inprimisque ad duas vini, quinque aquae mensuras adhibebant, alibi etiam cum aequo aequum miscebant, quod nuncupabant ἴσος πρὸς ἴσον. Monstro enim similis



Digitized by Google

videbatur Athenis, qui merum bibere ſolebat. v. Ariſtophan. Equitt. v. 1187. Plut. 1132. Vinum autem temperatum vocabatur κεκραμένον vel κράσις. ὕτω, Tyrwhittus ὕτος, quod elegans videtur Musgrauio, qui illi coniecturae fauere ait lectionem ὕτω, quam MSS. E. G. exhibeant. στέφανον λ. Qui potabant, etiam ſolitario coronas geſtabant apud Veteres, (Alceſt. v. 843.) monente Musgrauio. Vnde in Plaut. Pſeudol. Act. V. Scen. 2. v. 2. vbi Simo interrogat: quid tu? video ego? Pſeudolus reſpondet: *Cum corona ebrium* Pſeudolum tuum. Paulo poſt v. 8. Simo dicit; quae iſta haec audacia eſt, te ſic interdius *cum corolla ebrium* incedere? Coronarum varius apud Veteres vſus erat. Sic etiam in conuiuiis adhibebantur, vt ex Plutarchi et Cornel. Nep. Ageſilao (c. 8, 4.) patet. vid. Polydor. Vergil. III, 5. et Lipſ. ad Tacit. Hiſtor. 2, 55, 2. Quaedam de hac re, ni fallor, etiam monuit Paſchalius in peculiari libro de Corona, et Io. Andr. Boſius in Στεφανοφορίᾳ, quae Ienae 1669. in lucem prodiit. Hae Coronae alias ex auro, plerumque autem ex papyro confectae erant. vid. Kirchmaier. ad Cornel. Nepot. l. l. Caeterum omnino de hoc inprimis coronarum vſu videndus Cel. Beck. ad Ariſtophan. Au. v. 462. quem locum Suidas attulit, ſed paulo aliter: φέρε παῖ στέφανον· κατὰ χειρῶν ὕδωρ φερέτω τις. Rectius eſt: φ. π. σ. καταχεῖσθαι (non καταχεῖσθε, vt Kuſterus in not. ad Suid. l. l. ſcripſit) κατὰ χειρὸς (non χειρῶν: vid. Cel. Beck. ad l. l.) ὕδωρ φερέτω ταχύ (Kuſter. l. l. τάχα). Idemque Suidas ex Schol. l. l. monet: τὸ γὰρ παλαιοὶ τοῖς εὐωχουμένοις περιέκειντο στέφανοι, καταψύχοντες τὸ κρανίον, ἀπὸ τῆς τῶ οἴνω θέρμης. Addere dictis liceat Barneſii notam: Veteres coronati bibebant. vid. Paſchalium de coronis. Praecipue autem roſeis corollis vtebantur, in cuius floris laudem tanta iucunditate cecinit Anacreon; nec immerito, ſi vim illius refrigeratiuam, ſi fragrantiſſimum et refectricem odorem, ſi adſpectus iucunditatem, ſi denique originem ſpectemus, quam Benedictus Curtius Hortorum L. XXX. c. 23. memorat. Denique roſa habebatur taciturnitatis ſignum, nempe

quae

Digitized by Google

quae in conuiuiis fiunt silentio tradenda, minime esse foris eliminanda. Vnde originem demonstrat prouerbii illius anglicani *Under the Rose be it spoken* (*ar hoc sub rosa sit dictum*). Eiusmodi Coronae collo appendebantur commissantibus vel conuiuantium pectoribus imponebantur, vt ex Athenaei Coenis patet. vid. Casaubon. de Sat. Poës. (p. 63.) L. I. c. 2. γεύσωμαί τ' ἔτι, Reiskius: γεύσωμ' ἄν σε τι, *nihil tibi praebebo bibendum, priusquam videam te cepisse coronam.* ὦ οἰνοχόος, ὁ τὸν οἶνον ἐκχέων, sic Cyr. Ms. apud Biel. 2. Paralip. 9, 4. vid. etiam Zeun. ad Xenoph. Cyrop. I, 3. ὦνος, Prima syllaba οῦ saepe contrahitur in ῶ, vnde ὦνος, quod ideo moneo, quia eiusmodi crases viris doctissimis saepe fraudi fuerunt. vid. Valckenar. Diatrib. 14. p. 152. ἀπομυκτέον, *emungendae sunt antea nares*, ridiculum sane spectaculum dialogus iste exhibere debebat, quo Silenus illa praecepta dat Cyclopi. Anapaestum in secunda vitari, si cum Florente Christian. legamus Ἰδού, τὸ χεῖλος καθαρὸν, pro nostro καθαρὸν τὸ χεῖλος, nemo non intelliget. Cogitandus est Cyclops emunxisse nares atque os purgasse, vnde haec dicit Ἰδού κ. τ. λ. αἱ τρίχες, intellige barbam. τιθέναι ἀγκῶνα, vt πέδα, πλευρά et alia id genus. *Lege den Ellenbogen recht hübsch auf.* εὐρύθμως, concinne, commode, decenter et ordine. ὥσπερ μ'. Ita (Musgrauio iudice) recte Barnes. In ed. Ald. et MSS. deest μ'. Ibid. ὐκ ἐμέ, pro quo legendum suspicatur Musgrav. ὐ κάμη *non delassaberis, non grauaberis.* Minime necessaria haec est emendatio. Quin imo praetulerim vulgatam lectionem, hic enim iocus, qui in hisce verbis reperitur, commode hic locum habet. Nimirum Silenus manu iam tenet poculum atque cupiditatem Cyclopis vinum hauriendi excitat, sed ante omnia eum iubet os purgare naresque emungere, quibus peractis Silenus monstrare vult exemplo, quomodo bene ac rite bibere debeat, atque vere bibit — cito, his verbis, ὥσπερ ὁρᾷς πίνοντα, sed nunc Cyclops iratus — poculum apprehendere vult — atque iam Silenus eloquitur haec, χ' ὥσπερ ὐκ, ἐμέ. Casaubonus scribit:



Digitized by Google

χ' ὥσπες ὧν ἐμέ. Alioquin, vt opinatur, nulla ſententia, quae iam elegantiſſima eſt. Simul haec profert verba Silenus, et vtrem ori admouet, bibitque. Barneſius hoc modo veterem lectionem defendi poſſe putat: Biboſus ille Silenus — Cyclopem iam fingit ſe ad bibendum exemplo ſuo inſtruere; ne tamen forte irascatur, dicit: ſe nihilominus non bibere, ſed tantum fingere ὥσπες etc. — Scaliger: ὥσπες μ' ὁρᾷς, πέτοντα χ' ὥσπες οὐκ ἐμῶν, non οὐκ ἐμέ. Nam ingurgitabat ſe Cyclops ita, vt vinum redundans eiiceret. Ipſum docet Silenus, compoſito cubito paullatim bibere, ne vinum vomat. Reiskius acute, ſed fruſtra, vt opinor, ὡς ξένον ὁρᾷς, vt Vlyſſes bibit, non vt ego. Idemque ſcribit: nolebat Silenus Cyclopem ἀμυνεῖ bibere, vt ipſe, Silenus, bibebat. Illud quidem με a Barneſio ingeſtum exigi debet. ἀμυνίζω, ἀπινεῖ πίνω, *ohne Odem zu holen, auf einen Zug austrinken*, quod bene in Silenum, Bacchi amabilem ſocium ac praeceptorem, cadere, nemo facile negauerit. vid. de h. v. Euſtath. — cuius verba ſupra allegauimus v. 416. vbi erat ἄμυσιν ἑλκύων. Alias etiam dicitur ἀμυνεῖ πιεῖν, quod Suida teſte adhibetur ἐπὶ τῶν ἀπινεῖ καὶ ἄνευ τῆ ἀναπαύεσθαι πινόντων· οἷονεὶ μηδὲ μυσάττων.

v. 563 — 569. λαβὼν αὐτὸς, *nimm du nur den Focal.* γινώσκεται γοῦν, — *Bene facis quod mihi pincernae munus mandas, eximuero vinum me bene nouit.* — ἄμπελος, pro quo Florens legere mauult ἡ ἄμπελος, pro vino, quod vitis profert — *Rebenſaft.* σίγα μόνον vel: *exſpecta modo, patientia!* vel: *ſenſim ſenſimque bibe, non vno hauſtu.* χαλεπὸν τόδ' εἶπας, *quod me iubes exſpectare*, aut: *ſenſim ſenſimque bibere difficile eſt factu, qui multum bibit.* Quemadmodum ſupra v. 195. δεινὸν τόδ' εἶπας. Vix fecerit potator quod tu poſtulas. συνεκθανῶν, in ed. Stiblin. (et vet. — Reiskio monente) legitur haud dubie errore typographico συνεκταιῶν, quod Reiskius reddit: *velim autem, vt ipſo in potu crepes medius.* Sed ingenue profiteor me nuspiam legiſſe verbum συνεκταιῶν, multo minus

Digitized by Google

minus hoc sensu. κτανεῖν enim, vnde est compositum, notat: corrumpere, occidere. Idem vero Reiskius coniicit συνεκθανεῖν δὲ (quod, vt nocens mensurae pedum, tollitur a Florente) συνόντα, Casaubonus autem (quia in σιγῶντα prima corripiatur, quod nunquam apud Veteres inuenies) σπῶντα, quod optime locum habere videtur Barnesio (quoniam statim v. 570. eodem sensu occurrat σπῶ) atque etiam Musgravio, qui tamen, cum locum nec sic expeditum iudicet, etiam priora verba emendat, σύθ', ἐκθανεῖν δὲ σπῶντα χρὴ τῷ πώματι. *Age, propera: bibentem autem immori oportet potui.* Atque laudat hanc in rem Hesychium: σύθι, ἰλθέ. Forte hic versus posset tanquam sententia prouerbialis spectari, inprimis si legere liceret συνεκποτῶν δὲ σιγῶντα χρὴ τὸ πῶμα. Bene hic quadraret illud in Aristophan. Plut. 1085. quod formam prouerbii accepit: συνεκποτέ' ἐσί σοι κἀγὼ τὴν τρύγα, de quo quaedam etiam Suidas habet. Preuostus locum nostrum vertit: *Il faut sucer la coupe en mourant de plaisir.* Sensus mihi esse videtur hic: *potatorem* (si σπῶντα placet, aut si non placet, facile suppleri e contextu potest,) *oportet* (*tamdiu bibere*) *donec vinum cum spiritu* (σιγῶντα) cessat, atque, ni fallor, ipse Brumoeus hoc ita intellexit. Attexam Barnesii notam: συνεκθανεῖν δὲ σπῶντα χρὴ τῷ πώματι. Prius scriptum erat δὲ σιγῶντα, quem errorem vt plures viderunt, ita nonnulli emendare sunt conati. Scaliger expunxit δὲ (hoc quidem Florens fecit, vt modo notauimus, vbi vero hanc omnem emendationem Scaliger exposuerit nescio,) at σιγῶντα genuinum putabat, quia tertio abhinc versu superius adscendendo, Vlysses Cyclopi loquitur, σίγα μόνον. At nihil tale in hoc loco repetendum, plenum enim cyathum hic porrigit, dicendo: λαβὼν ἔκπιθι κἀμηδὲν λίπῃς, exhauri totum, ne guttulam relinquas: commori enim decet vna cum poculo, quod euacuas. Et in hoc faciendo adeo silere necesse erat, vt loqui possibile non fuerit inter actum huius potationis. Idemque Casauboni sententiam eo libentius sequitur, quia secundo post versu idem verbum σπῶ occurrat in eodem sen-



Digitized by Google

ſit: καὶ μὰν σπάσῃ γε δαπτὶ πρὸς πολλῇ πολύν. Nimirum Caſaubonus, qui, vt modo vidimus, σπᾶται legit, (quia in σιγῶντα prima corripiatur, quod nunquam apud Veteres inuenies) hunc ſenſum h. l. conſtituit: *Bibe ac perbibe, decet enim potatorem ſtrenuum, non ante bibendo defatigari, quam bibentem ſimul vita et vinum deficiant.* παπαὶ, vid. nos ad v. 156. ξύλον ἀμπέλου, ζπεριφραστικῶς pro ἄμπελος ſ. potius οἶνος) σοφὸν dicitur, *admirabile, egregium. Herrlich iſt der Rebenſaft. Wein iſt doch ein herrlich Getränke.*

v. 570—576. ἄδιψον. Musgrav. vertit: rigans ventrem, etiam non ſitientem. Idemque coniungere vult τέγξας cum σὺ, non cum βάκχιος, ne forte Cyclops ſitis reſtinctionem bibendi finem ſtatueret. Confer illud Plauti: (Pſeudol. Act. V. ſc. 2. v. 7. vbi ebrius loquitur) non vides me, vt *madide madeam*? *Quodſi poſt magnam cibi copiam multo vino madefeceris madidum ventrem, ſoluêris in ſomnum* (*wirſt in einen ſanften Schlummer fallen*). Ita Stiblin. πολὺν, ſc. οἶνον. ὡς ὕπν. βαλεῖς, ὑπνώσῃς, ἐκλίπῃς, i. q. ſimplex λίπῃς v. 567. βάκχιος (vid. v. 453.) *vinum*, ξηρανθῇ, *niſi poculum exſiccaueris, efficiet Bacchus, vt in maciem vel etiam marasmum incidas.* Ita Brodaeus. Caeterum Musgrauius mauult βαλῇ legere pro noſtro βαλεῖς, *in ſomnum te coniiciet Bacchus*; ſed neſcio, an ita legi commode poſſit, certe Βάκχιος, a quo pendere debet, nimis eſſe videtur remotum a βαλῇ, ac dubito an Graeci ſic loquantur. Sed Preuoſtus etiam ſequitur Musgrauium in verſione. Nunc Cyclops ebrius redditus mirum ridiculumque ſpectaculum praebet. ἰὼ, ἰὼ, extra verſum haec ſunt verba, vt 542. vid. v. 463. ὡς ἐξένευσα μόγις, vt vix enatani, i. e. *vix a potu me ſubducere poſſum*, quod ſupra de Sileno dictum erat v. 432. ſſ. ἀποκεδαίνων ποτῆ — πτέρυγας ἀλύει. ἐκνέμαι, ἐκνεύω, enatare, plerumque metaphor. adhibetur pro elabi, euadere, exire, effugere et ſimilibus. Hippolyt. v. 470. 823. Iph. Taur. 1186. vbi vid. Barneſ. Victor. Var. Lect. L. III. c. 10. Kypk. ad Ioh. 5, 13. Thucyd.

Digitized by Google

cyd. L. II. — alias quoque in Euripid. Iphig. Taur. v. 1330. eſt nutu iubere. vid. Barneſ. l. l. Valckenar. ad Eurip. Hippolyt. pag. 219. et 252. Idemque Barneſius notat h. v. h. l. proprie occurrere, licet improprie de Cyclope.; is enim reuera putabat, ſe toto Oceano prolutum et immerſum vix tandem emerſiſſe, cum vino tantum animi illius ſenſus perturbarentur. ἄκρατος χάρις *plurima iſta gratia eſt*, ſic iam Florens reddit. Brodaeus monet Euripidem in hac dictione ludere, nam ἄκρατον, *vinum merum* notare. ἱεραὸς συμμεμιγμένος γῇ deſcribit vertiginem ſ. gyrationem a vino mero effectam. *Himmel und Erde geht mit mir um — Iouisque video thronum — ἀγνὸν σέβας δαιμόνων — omnes numinum cultus ſacros*, Stiblin. — ſ. *coeleſtiumque numen omne daemonum*, Ita *Florens.* σέβας, τιμὴ, ἔκπληξις κ. τ. λ. Suid. (In Philoctet. Sophocl. v. 406. eſt σέβας ὑπέρτατον quod Schol. explicat: ἡ τιμὴν ὑπερτάτην ἔχουσα ſc. Rhea; niſi de armis intelligere in l. l. malueris; tum eſſet: ſummum decus. Ibid. v. 1289. occurrit ἀγνεῦ Ζηνὸς ὕψιστον σέβας.) Sed putauerim h. l. vt etiam aliis in locis σέβας περιφραστικῶς vſurpari pro πάντες δαίμονες et ſi placuerit — σεβασθὲς, vt Homer. Hymn. 42. atque apud Noſtrum Δίκης σέβας Oreſt. 1242. Sic Iphig. Aul. v. 633. Clytaemneſtra Agamemnonem compellat σέβας μέγιστον, atque Hippolyt. v. 335. σέβας χαιρὸν αἰδοῦμαι τὸ σόν. Vnde bene Preuoſtus, vt opinor: *troupe ſacrée.* Simile quid (ſed abſit blasphemia) reperire mihi videor in Act. Apoſtolor. c. 7, 55. ſ. vbi Stephanus dicitur ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν vidiſſe δόξαν θεοῦ κ. τ. λ. et v. 56. exclamaſſe: Ἰδοὺ θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους κ. τ. λ.

v. 577—580. Nunc etiam Cyclops amorem prodit nefandum, qui ſequitur ex ebrietate, ſed triſtiſſimam imaginem, quam quisque probus atque caſtus ſpectator aut lector ſibi de Cyclope fingit, quamque iure meritoque auerſatur, interrumpit poëta, triſtibus ac nefandis immiſcens ridicula quaedam ac iocoſa. Neque enim Cyclops, talis qualis ab



Digitized by Google

antiquitate fingitur, atque a poëta in superioribus, viuidis coloribus ante oculos dictis factisque proponitur, inebriatus, nedum ebrius atque ὠθῶν κρέα (sociorum Vlyssis mactatorum ac deuoratorum) ἐξ ἀναιδὴς φάρυγος (v. 588.) amorem Gratiarum ita sibi facile conciliauerit, vt oscula ei rapere gestiant, et tamen Cyclops monet se spernere ac nihili aestimare Gratias, sed contentum esse suo Ganymede, Silenum puta, quod denuo risum moueret maximum, nisi nunc rursus verba sequentia turbarent risum, magisque fastidium excitarent in animis, quibus castus pudicusque ineft sensus, quique hisce in rebus voluptatem atque laetitiam non reperiunt. φιλήσαι μ' αἱ Χάριτες. Sic ed. Stiblin. Mſ. G. apud Musgrav. quod ipse probat, verum Ald. et Florent. φιλήσαιμ' αἱ Χάριτες. Peſſime Duportus legit, ex sententia Barnesii, vt ed. Stiblin. nullo sensu, bis με geminato. φιλῶν, amare, osculari, futuere. Hic, vt ꝙ sequentibus, patet, haud dubie postrema significatio erit accipienda. Atque Kusterus iam obseruauit φιλῶν honeste dici pro concumbere, pari ratione ac Gallis, *baiſer une fille*, quemadmodum in Aristophan. Concion. 910. Alias φιλῶν saepe quidem est osculari, v. c. in Xenoph. Cyrop. 8, 4, 20. Arrian. de Venat. 5, 8. ed. Zeun. Iam h. l. erit: *Si me tentarent ipſae Gratiae, nequaquam eas nunc oſculaꝛer.* Χάριτες, in Iunonis et Veneris comitatu apud Homerum, quarum vna Vulcani adeo tori socia est. Horat. L. I. Od. 30, 5. Apulei. Met. 6. p. 183. ed. Elmenh. Numerus eorum non definitus, sed forte satis magnus fuit. Suidas in v. Χάριτες, tres numerat, Pithonem (alias Thalia Hesiodo in Theog. 909. nominata) Aglaiam (alias Pasithea) Stat. Theb. 2, 286. vbi vid. Barth. p. 439. et Euphrosynen. Videntur olim Χάριτες ad ministeria Deorum eorumque exhilarandam vitam adhibitae fuisse. vid. Senec. de benefic. 1, 4. qui allegorias et causas imaginum Gratiarum, quae nudae nexis inter se manibus etc. pingi solent, explanauit. In Orphei Hymnis etiam vnus Charites decantauit. vid. qui nuper egregie de Gratiis et Horis commentatus est Excell. atque Doctissimus

Manso

Digitized by Google

Manſo *Ueber die Horen und Grazien, zwey mythologiſche Abhandlungen.* Ien. 178⁷. 6. plagg. 8. ἄλις ἔχων ἀιεπαύσομαι, *ſatis beatus vno Ganymede optime per Gratias me habeo, magis enim quodammodo* (πῶς vid. Viger. l. l. pag. 432.) *delector puerorum quam foeminarum amoribus.* Barneſius pro δὲ πως, in textum recepit δέ πως, quemadmodum Scaliger atque Aemilius Portus legunt. παιδικὸς, pulcher et amaſius. τὰ παιδικά, ἐπὶ θηλυκῶν καὶ ἀξιέρωτων ἐρωμένων τάττεται ἡ λέξις. Suidas. Idemque monet, in fabula *Achillis amatores* inſcripta, (a Sophocle profecta, teſte Scholiaſta ad Ariſtophan. Nubb. pag. 184. et Apollon. Rhodii L. IV. v. 816.) de maribus aperte adhiberi. vid. Scholiaſt. ad Ariſtophan. Veſp. pag. 504. (ed. Kuſter.) vnde ſua habet Suidas. De illa παιδοφθορίᾳ ſeu παιδερασίᾳ apud Graecos atque inprimis Athenienſes admodum vſitata quaedam monui ſupra ad v. 186. ſ. Adde Meinerſium Excell. in *Vermiſchte Philoſophiſche Schriften* P. I. Tract. 2. pag. 61. atque Platon. Sympoſ. c. 9. §. 8. ſſ. ed. Wolf. Xenoph. de republ. Lacedaem. c. 2. §. 13—15. Hoc ſcelus nefandum etiam a Romanis exercebatur, (vid. Bernegg. ad Sueton. Caeſ. c. 2.) ſed poenis grauiſſimis afficiebatur, cuius rei exempla de C. Laetorio Marco, tribuno militari in bello Samnitico, atque alio quodam, ex Dionyſii Halicarnaſſ. excerptis a Valeſ. editis (p. 537.) Suidas attulit in v. Γάϊος Λαιτώριος, vide Cod. Theodoſian. Lib. III. ad legem Iuliam de Adult. Vnde etiam Apoſtolus in Ep. Roman. I, 27. hoc paederaſtiae ſcelus tanquam maxime nefandum vituperat, atque vocat φυσικὴν χρῆσιν παρὰ φύσιν, quemadmodum Plato de legib. L. I. f. 636. τὸ παρὰ φύσιν τόλμημα, atque Clemens Conſtitt. Apoſtol. L. VI. c. 27. μίξιν βδελυκτὴν παρὰ φύσιν, et Lactantius *adulterium contra naturam.* vid. eundem Apoſtolum in 1. Cor. 6, 9. Vtrumque locum e libb. N. T. (ad quos conferendi ſunt Interprett.) atque etiam loca e Xenoph. et Platon. Sympoſ. laudauit S. V. Reinhard. Vitebergenſis litterarum Vniuerſitatis decus, Vir in aeternum colendus, cuius doctrinae tanta debeo beneficia, quanta nun-



Digitized by Google

quam e memoria recedent, in egregio opere *Syſtem der chriſtlichen Moral.* Tom. I. Viteberg. et Serueſt. 1788. pag. 209. §. 198. Plura dabunt qui accuratius de ſtatu morum Graecorum ac Romanorum in Hiſtoria Eccleſiaſtica ſeu politica expoſuerunt.

v. 581 — 585: De Ganymede Trois filio *) puero formoſiſſimo **) quem, cum Iupiter deperiret in Ida monte ***) venantem, ab aquila rapi iuſſit, atque in coelum abſtulit vt pocillatoris munus loco Hebes Iunonis filiae miniſtraret, (Virg. Aen. I. v. 28. Homer. l. l. Apollodor. c. 3. 11, 2. Feſt. L. III. pag. 70. Serv. ad Aen. l. l.) nihil monendum videtur. Quaedam notauit Hygin. in Aſtronom. Poët. atque Cic. in Tusculanar. Quaeſtion. L. II. Florens in verſione reddit per *catamitus*, quod nomen accepit Ganymedes a Romanis nondum Graecae linguae aſſuetis. vid. Feſtus L. I. p. 19, 1. et 21, 15. L. III. p. 70. Lactant. 1, 11. Plaut. Men. 1, 2, 35. Vett. Gloſſ. catamitus, γανυμήδης. Vnde et pro amaſio, et pocillatore adhibetur. ἐκ Δαιδάλου, Musgrav. confert Ion. v. 417. ἐκ Τροφωνίου. Scilicet aliorum ex ſententia prope Dardanum promontorium venabatur. vid. Strabon. L. XIII. p. 587. ed. Almeloueen. ἐρπάζω, pro ἥρπαζον. vid. Hoogeuen. ad Viger. p. 208. et 210. πάθομαι, ſic Ed. Flor. ſed ed. Stiblin. πάσομαι. Recte, quid enim eſt πάθομαι, et cum Accuſatiuo? (Suid. πασόμενοι, παθεῖν μέλλοντα. πάσονται, πάθωσι.) χέτλια κ. Demoſthen. dicit: διὰ γὰρ χέτλια πάσχειν. χέτλιος, ὀδυνηρός, χαλεπός, ἀτυχής, δυσπαθής, θλιβόμενος, τλήμων κ. λ. Suid. κακὰ, ſc. a Cyclope conſtupratus. Nunc cogi-

*) Apollod. Lib. II, 11. §. 2. Tzez. ad Lycophron. v. 1232.

**) (Homer. Il. υ. v. 234.)

***) Virgil. Aen. V, 252. ff. Horat. Od. 3, 20, 16. et 4, 4, 4.

Digitized by Google

cogitandi sunt Cyclops atque Silenus intrare cauernam. κοὐ τρυφᾶις πεπωκότι, Casaubonus: (κοὐ τρυφᾶς) πεπωκότι, *et illudis temulento.* Verum Barnesius eum hic audiendum esse negat, atque textum se recte habere monet. Non enim (sunt eius verba) Silenus iam deliciose cum poto Cyclope agebat, sed periculose, vtpote qui vim passurus erat ab infando illo monstro. Chorus autem rogat, an ipse reformidet amatorem suum, quem ipse modo elegerat, se vt Ganymedem illi offerens, praesertim cum probe in deliciis potus esset. At illam Casauboni emendationem elegantem censet Musgrauius, falsissimamque esse scribit ironiam, quam Barnesius non ceperit. Heathius Anapaesti vitandi causa mavult: μέμφῃ γ' ἐρασήν. Reiskius emendat: μέμφῃ τὸν ἐρασήν σ' (i. e. σοι) ἐντρυφᾶν πεπωκότα, *aegrene fers amatorem tuum potum delicias in te facere, stuprum tibi offerre, voluptati suae in te satisfacere?* ῥί' μοι, haec verba recte in ed. Florent. tribuuntur Sileno, cuius nomen in ed. Stiblin. male omissum est. πικρότατος ὕπνος referri debet ad stuprum, de quo iam diximus. Pro nostro ὕπνον MSS. E. et G. habent οἶνον, pro quo Musgrav. legendum censet ὄγκον (Hesych. ὄγκος — ὑπερηφανία). Dixerat Chorus, Silenum *fastuose se versus amatorem suum gerere.* Respondet Silenus: *fastum sane acerbissimum; statim videbo.* ἐντρυφῶ αὐτῷ πικροτάτην τρυφήν. ὄψομαι τάχα.

v. 586—591. Nunc Vlysses Satyros (Διονύσου παῖδες) ad facinus peragendum excitat, monet enim Cyclopem nunc somno per vini largam copiam effecto solutum esse, παρειμένον, κεχαυνωμένον (alias v. c. Hesiod. ἔ. κ. ἡ. v. 116. δεδμημένον). Idem Suid. παρειμένος, (sed alio sensu) παρεωραμένος. vid. Biel. in Thesaur. Philol. h. v. ἀνὴς h. l. homuncio, portentum s. monstrum illud. *Der Kerl.* ᾀθήσει (Ms. G. ᾀθήσει) *euomet, eructabit carnes* sc. sociorum itineris deuoratorum; vnde et φάγυγξ nominatur ἀναιδ. ἀναιδὴς, impudens, inuerecundus, quatenus contra ius et fas non erubescebat hospites mactare ac deuorare, alias etiam rebus inanimatis tribuitur,

Digitized by Google

buitur, vnde Homer. Il. δ. v. 521. λάας, lapis aſper ita vocatur, Apollon. Rhod. 3, 92. ἀναίδητος, quod idem cum ἀναίχυντος. vid. Heſych. Virgil. Aen. L. III, 630. ſſ. *Nam ſimul expletus dapibus, vinoque ſepultus, Ceruicem inflexam poſuit, iacuitque per antrum Immenſus, ſaniem eructans ac fruſta cruento Per ſomnum commiſta mero etc.* Alias ὠθεῖν, pellere, protrudere, impellere, v. c. dicitur de vnda in mari agitato, cum ventis furentibus fluctus decumani concitantur. vid. Ariſtophan. Equit. v. 689. Torris in antro (αὐλίου vid. v. 221.) iam fumat vapore igneo. παρευτρέπισται δ' οὐδὲν ἄλλο. Mira (Scaliger monet) verbi elegantia, vt παροράν aliquid perperam videre, vel potius aliquid omittere videndo, ſic παρευτρεπίζειν, quum aliquid deeſt, quod parandum erat, (vid. Zeun. ad Viger. p. 632.). Sic nihil hic, niſi carmina deſunt οὐδὲν παρευτρέπισται πλὴν τῶν ἐπαοιδῶν. De παρευτρεπίζειν v. quae diximus ad v. 214. Retineo vulgatam quae optimum ſenſum exhibet. Nihil reſtat aliud niſi iſto torre, qui iam fumum agit, Cyclopis ὄψιν (v. 462.) comburere. *Alles iſt parat bis auf's ausbrennen.* ἀλλ' ὅπως, *modo vt vir ſis — modo te tanquam virum fortem, ſtrenuum atque cordatum exhibeas.* ὅπως, ſc. ὄρα, σκόπει, ſ. ἐρωτῶ, quod ſaepius in talibus omitti ex loco Platonis, Heliodori atque hocce noſtro illuſtrat Cel. Beck. ad Ariſtoph. Au. v. 131. vbi etiam ſimiliter dici ὅπως μὴ ſubintellecto βλέπε ex Valcken. ad Herod. monſtrat. In illo autem Ariſtoph. loco eſt παρέσῃ pro παρέσῃ, Ἀττικῶς monente Koen. ad Gregor. Corinth. p. 49. vid. Beck. ad h. l. Sic Ariſtoph. Nubb. v. 490. vbi Brunck. ex Membr. recepit ὑφαρπάσας, non ὑφαρπάσῃς (vid. Soph. Aiac. 556.) quod ſoloecum eſt, quia ὅπως, *quomodo*, cum futuro Indicatiui, non cum aor. 1. ſubiunctiui conſtruitur. vid. Brunck. ad Ran. 378. Conc. 295. Alias etiam hoc ſignificatu iungitur cum aor. 2. ſubiunctiuo. conf. Brunck. ad Comici Lyſiſtrat. 289. 1305. Thesmoph. 245 ἄνδρα εἶναι, quemadmodum nos — *ein Mann — keine Memme ſeyn*, i. q. ἀνδρίζεσθαι, quod pro Hebr. חזק v. c. in Lib. Ioſ. init. reperitur, *virilem, fortem ſeſe praeſtare*, vnde

Digitized by Google

vnde ἀνὴρ simpliciter est vir fortis atque cordatus Oreſt. 1351. Iphig. Aul. 1451. Demoſthen. Index Reisk. in v. ἀνήρ. Homer. Il. π. 270. ſſ. atque Lat. *virum eſſe.* Confer cum hoc noſtro ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ illud Lentuli ad Catilin. in Ciceron. (3, 5.) *cogita vt vir ſis.* Ita Ovid. Faſt. 6, 594. atque centies voc. *vir* adhiberi conſtat.

v. 592—594. Nunc ex ipſius chori verbis ſenſus formulae antecedentis patet, ἔχομεν λῆμα πέτρας animum fortem, ſaxoſum atque adamantinum. Genitiuus enim ille circumſcribit praedicatum. Ἀδάμας eſt lapis duriſſimus, qui nec ferro cedere dicitur, Plinio monente L. XXVII, 4, 15. verum vid. Lipſ. ad Senec. Conſtant. Sap. c. 3. vnde ἀδαμάντινος, eſt σεῤῥός, durus, inuictus, ſtrenuus, imperterritus. Suid. Ἀδάμας, ὁ λίθος, καὶ Ἀδαμάντινα, τὰ σεῤῥά. De h. v. egregiam obſeruationem reperies apud Schneiderum Virum Summum in Analect. ad Hiſtor. rei metallicae 88. conf. Plin. 27, 4, 15. Sic Heliodor. L. IV. — τίς ὅτῳ ἀδαμάντινος ἢ σιδηρᾶς τὴν καρδίαν, atque Horat. Od. Lib. I, 3, 9. ſ. *illi robur et aes triplex circa pectus.* Ibi per Hendyad. robur aeris, i. e. robuſtum, duriſſimum aes, quod et h. l. quadrat. Simili ratione ſenſu tamen miſericordiae in Aeſchyl. Prometh. v. 242. dicitur σιδηρέφρων καὶ πέτρας ἐκγεγαμένος, qui miſeria Promethei non tangatur. Sic Heſiod. in Oper. et D. v. 146. Iouem creaſſe aliud genus hominum ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμόν. Idem in Theogon. v. 239. Eurybiam ſcribit ἔχων ἀδάμαντος ἐνὶ φρεσὶ θυμόν. Plura de his monuit Excell. Iani ad Horat. Od. 1, 3, 9. ſ. atque Brodaeus ad locum noſtrum, qui, ſaepenumero apud Poëtas πέτρον et πέτρας durum ferreumque animum ſignificare, notat. Affert etiam Euripid. Med. — τάλαιν', ὡς ἄρ' ἦσθα πέτρος ἢ σίδηρος, nec non Theocrit. Idyll. 26. — μοχθίζω πέτρης ὀλοὸν ἔχων νόον. Ita Plin. Epiſtolar. L. II. Ep. 3. 7. *ſaxeus ferreusque es.* Nobilis hyperbole iam apud Homerum obuia riſum mouere debet, ſi cogitamus, quinam illa vtantur, ſcilicet Satyri, vt mox apparebit, ſi quis alius, maxime

Digitized by Google

maxime timidi et vecordes, id enim profecto adamantinum ferreumque pectus non requirit, hominem maxime temulentum omnique sensu, viriumque, si quas habet, vsu privatum (v. 574. ff.) profundoque sopore solutum (v. 587.) aggredi, eiusque oculum torre igneo comburere. Sed bene ac commode haec verba elegit, quippe ex quotidiana hominum experientia patet, quod iam alibi obseruare licuit, eos vulgo minimum aut nihil prorsus efficere atque praestare, qui multa promittant ac sumtuosius insolentiusque sese iactare soleant. οἶκος, ἔντερον, quod domus loco erat Cyclopi. μαθὼν ἀπαλλαγμὸν, Ita ed. Ald. Stiblin. Florent. pro quo cum simplici λ habet Mf. E. ἀπαλαγμὸν. Leuiori mutatione Mf. G. apud Musgrav. exhibet παθὼν ἀπαλλαγμόν, i. e. *priusquam pater inhonestum aliquid patiatur.* Ex ἀπαλλαγμὸν Reiskius fingit ὧν περάττομεν, quod, quomodo ex vulgata lectione vllo aliquo verisimili modo oriri potuerit, adhuc comprehendere nequeo. Sensus quidem non inconcinnus efficeretur: *priusquam pater eorum, quae agimus, aliquid resciat* vel *animaduertat.* Nec male quadrat ἀλαλαγμὸν, quod Scaliger rectum esse censet, qui etiam pro vulgari σοι τἀνθένδ' reponit τοι τἀνθάδ' et εὐτρεπῆ, quod etiam in ed. Flor. et Barnes. legitur, pro quo forte errore typographico εὐπρεπῆ in ed. Stiblin. reperitur. Barnesius in textum recepit Scaligeri ἀλαλαγμὸν. Elegantissimam vero censet Musgrauius emendationem Canteri, παθὼν ἀπάλαμνον, (quam Barnesius neglexit,) i. e. *indecorum, inhonestum*, vt Theognid. v. 481. atque Solon apud Philon. Iudaeum (de Opific. mund. p. 24.) ὧδ' ἔρδων ἔδ' ὅμως ἔργ' ἀπάλαμνα θέλω. Quod ad voc. ἀπάλαμνος attinet, quantum ego scio, dicitur de eo, qui alicuius rei est imperitus, vel nihil moliri atque machinari potest, (ὁ μὴ δυνάμενος παλαμήσασθαι, i. e. διὰ τῶν παλαμῶν (χειρῶν) ἐργάζεσθαι seu τεχνᾶσθαι) *der nichts zur Nath bringt* (vt vulgo dicimus) *der sich nicht zu helfen weiß*, atque fere idem esse videtur cum σκαιὸς, de quo supra v. 488. disputauimus. Suidas: ἀπάλαμνος, ἄπειρος, vid. etiam de h. v. Eustath. ad Il. ε, 597.

Digitized by Google

597. Hinc etiam notat inertem, qui manus nulli operi admouet, v. c. Heſiod. ἰ. κ. ἡ. v. 20. Iam vero, an ἀπάλαμον alibi ſignificet *indecorum*, *inhoneſtum*, quod Musgrauius putat, (ſi modo, quae ipſe attulit loca, vere hanc h. v. notionem probant,) neſcio, me certe loca fugiunt vbi haec accipienda eſt. Magis quadraret ἀπάλαμον, i. e. ἀνεκπάλαιστον καὶ ἀμήχανον. Interpres Pindar. Olymp. — ἀπάλαμον βίον interpretatur per δεινὸν, περὶ ὃν οὐκ ἔστι παραμυθήσασθαι καὶ περὶ ᾧ οὐδεὶς δύναται αὐτῷ κατὰ χεῖρα ἐπαγαγεῖν βοήθειαν. Ergo ſenſus foret: *ne patiatur aliquid, aduerſus quod poſtea auxilium nullum ferri poſſet, malum inſuperabile*, aduerſus quod pater infirmus pugnare nequit. Facile vides hoc referri ad ſtuprum, quod cum Sileno exercere volebat Cyclops. Neſcio quomodo ſenſum e verbis eliciam, quem Preuoſtus hic ingeſſit: *Abi in antrum et patrem libera*, profecto nimis libere haec verba expreſſit. τἀγθένδ' *caetera quod attinet, omnia parata ſunt, in promtu eſt facere quae iubes, inſtituis.*

v. 595. ſ. Iam Vlyſſes auxilium diuinum implorat antequam perficit adque finem perducit conſilium. Ita enimvero ſemper fere Vlyſſes ab antiquitate proponitur, qui callidus quidem atque prudens tamen nihil ſine Deorum ope ſuſcipit. Ἥφαιστος Vulcanus, quia praeeſt igni (quod quidem nomen vario modo alii e Graeca, alii, vt Clericus ad Heſiod. Theog. v. 927. ex Aethiopica lingua (epheſchto, i. e. igne coquit) deriuant,) quem inueniſſe ſeu cuius vſum demonſtraſſe dicitur. Tzez. Chil. 10. hiſtoriar. (quae reperiuntur inſertae Corpor. Poët. Graec. Genev. 1614.) 335. et Diod. Sic. L. I. c. 13. p. 8. ed. Rhodomann.) interdum etiam adhibetur pro igne, hinc φλὸξ Ἡφαίστου Ariſtophan. Plut. v. 661. Vnde Suid. Ἥφ. ὁ θεὸς καὶ πῦρ. Atque in Virgil. Aen. 2, 310. et alibi Vulcanus pro igne adhiberi conſtat. Officinam autem in Lemno (Cic. de Nat. Deor. Lib. III, 22.) poſtea vero ſub Aetna monte (Natal. Com. Lib. II. c. 6.) atque inſulis Aeoliis

Digitized by Google

Aeoliis prope Siciliam habuisse dicitur, quoniam ibi montes ardentes sunt, quos nec hodie Vulcanorum nomine affici nescimus. Eius vero ministri Cyclopes putabantur. Vnam ex Aeoliis vel Vulcaniis insulis ponit Virgilius in Aen. L. VIII, 417. eamque vocat *Volcani domum*, et *Volcaniam tellurem* vid. Virgil. l. l. ibique Heynium V. S. vnde patet, quomodo hic Vulcanus dici possit ἄπαξ κίτταῖος. ἀπαλλάχθηθ' ἅπαξ, *semel dijcedas ab eo*, i. e. deseras eum, auxilium recuses. Heathius reddit: *libera te ipsum*, quemadmodum etiam Preuostus *délivre — toi enfin de ses regards.* Sed Reiskius: *defungere tuo officio*, idemque monet, ἅπαξ ideo adiectum esse, quod rarum ac insolens fuisset, ignem seruire oculis exurendis et excoecandis hominibus. Quod mihi non ita videtur. Refero potius ad auxilium quo nunc opus est, atque si semel ἅπαξ vrgeri debet, quod tamen minime est necessarium, indicatur, toties Vulcanum auxilium praebuisse, ne interierit Cyclops. Vir svmmvs. cui hanc meam explicationem nuper examinandam tradidi, haec mihi respondit: *His argutiis opus non est.* Ἅπαξ *est semel pro semper* sine iteratione. vid. Interprett. ad Hebr. 6, 4. 9, 27. Schultens. ad Proverb. 21, 18. פעם · אחת Wasse Praefat. ad Thucydid. ὄμμα (supra v. 458. ὄψιν, ὄμματα). λαμπρὸν (v. 461. φαεσφόρον, v. 484. ὄψιν λαμπρὰν) πυρῶν vt paulo ante v. 590. i. q. (supra v. 458. ἐκτήκων πυρί et v. 462. συναυχένων κόρας, v. 468. τυφλῶν, v. 473. ἐκτρίβων, et v. 484. διακναίσω.) Cyclops autem dicitur κακὸς γείτων, quatenus vicinus erat Vulcani domicilio, vide quae modo notauimus.

597—603. Nunc optat Vlysses, vt sopor profundus Cyclopem teneat constrictum. Eleganter somnum inuocat, qui dicitur ἐκπαίδευμα (quod idem cum υἱὸς) νυκτὸς μελαίνης; somnus enim, quemadmodum fatum odiosum, et parca atra, atque mors in Hesiodi Theogon. v. 211. 212. pro liberis a nocte editis habetur. Νὺξ — τέκε δ' Ὕπνον, vnde Silius L. XV, 615. *Nox somni genitrix mortalia pectora curis* purgasse dicitur,

Digitized by Google

dicitur, vnde somnus vocatur *frater mortis* iam apud Orpheum, Hesiodum Theog. v. 756. s. atque Homer. (Il. ξ, 231.) ὕπνος κασιγνήτος θανάτου, quem Virgilius imitatur Aen. L. VI, 276. qui somnum *leti sopprem consanguineum* appellat. Verum Seneca Astraeae s. Iustitiae filium, somnum facit. vid. eius Hercul. fur. v. 1065. μέλαινα autem epitheton est ornans noctis centies obuia, v. c. Electr. Euripid. v. 54. alioquin etiam in Hesiod. ἐρεβεννὴ, vt l. l. 213. ἀργ. κνέ. ἡμ. v. 17. eodem significatu. Caeterum alias quidem constat, afflictos calamitatibusque grauissimis pressos, soli, terrae, coelo, nocti, atque diis exponere solere quae ipsi auertere hominibusque enarrare non possunt (sic Med. 148.) quod iam animaduerterunt Stiblin. in Annotationibus ad Euripid. Electr. l. l. et Brunck. ad Sophocl. Electr. v. 424. Porro ὕπνος dicitur ἄκρητος, i. e. ἄμικτος, ἀμιγὴς, hoc in hoc contextu erit, quod et alibi interdum, *summus, profundus, altus. Rechte feste, tiefer Schlaf.* Sic enim v. c. Plutarch. Vit. Num. ἰσχυρὰ καὶ ἄκρατος ἀπάθεια, fortis ac vehemens aequanimitas. Vnde Preuostus circumscripsit: *répands tous les pauvres sur etc.* θηρὶ θεοσυγῆ vid. nos supra ad v. 441. atque 395. θηρὶ, atque θηρίον de animalibus venenatis et rapacibus immanibusque, (vid. Act. 28, 4. 5. Marc. 1, 13. et quae supra ad v. 117. notauimus) hinc de homine saeuo atque crudeli, vt h. l. nec non de eo, qui, vt cum Iuuenale loquamur, *nulla est virtute redemtus.* Vnde θηρίον κακὸν μιαρὸν, quod synonymum cum βλαβερὸν, apud Demosthen. Aeschin. aliosque, nec non κοπερὸν θ. (de crudeli Herodis filio apud Iosephum,) atque θηρία κακὰ in Ep. ad Tit. 1, 12. vbi vidend. Kypk. in Obss. SS. et Raphel. in Annotatt. Arrian. et Polybian. Hoc conuicium contumeliosum valde est vsitatum apud Graecos. Neque vero nobis ignoratur (in sermone plebeio) atque Latinis, qui *belluam* ita vsurpant de eo, quem maxime detestantur. vid. Cicer. Orat. de Demosthen. c. 9. Plaut. Mostell. 3, 1, 78. De laboribus bellicis, qui nunc κάλλιστοι, egregii, dicuntur, quatenus victoriam gloriosam deportauerant, vid. su-



Digitized by Google

pra v. 281. 346. 197. ff. αὐτόν τε, πάντας τ' ἀπολέσῃς' Ὀδυσσεῦ. Eleganter, iudice Musgrauio, Pierſonus emendat: αὐτοῖσι πάντας ἀπολέσῃς' Ὀδυσσεῦ, atque confert v. 705. Idemque, videndum eſſe, cenſet, annon vulgata defendi poſſit ex Oreſt. v. 515 et 1051, 2. 1218, 19. vbi non diſſimilis Hyperbati exempla reperiantur. Negari non poteſt, ſaepe ſic ſingula verba ad ſe inuicem referri, licet interpoſito alio vocabulo. Reiskius, qui ſuſpicatur, eſſe quosdam, qui traiectionem hic ſtatuant, mauult aut Ὀδυσσεῦς, aut ſic ordinata verba: πάντας τε κ' αὐτὸν ἀπολέσῃς' Ὀδυσσεῦ. Vlyſſes h. l. dicitur αὐτὸς tanquam perſona primaria ratione nauarum reliquorum, itinerisque ſociorum, quorum erat στρατηλάτης. vid. ſupra v. 86. ᾧ θεῶν ὕβριν ἢ βροτῶν μέλει qui ius naturae ac religionis contemnit. conf. vv. 315. ff. ἢ τὴν τύχην, Reiskius ſine cauſa ἐ τὴν τύχην. Subintellige (quod iam fecit Brodaeus in notis,) niſi me pium hominem deosque colentem ſeruaueris. τὰ δαιμόνων, pro οἱ δαίμονες, forma Graecis non inuſitata. Brodaeus tamen vertit *deorum fata — ab ea regi et pendere.* Malim prius, quemadmodum etiam Stiblin. atque Preuoſtus intellexere. Florens confert illud Iuuenal. in Satyr. *Te facimus fortuna Deam.* Iam Vlyſſes discedere atque antrum intrare cogitandus eſt. Satyrorum autem chorus canit, quae nunc ſequuntur.

v. 604—611. καρκίνος, quod alibi cancerem piscem, fidus, morbumque notat, h. l. eſt vel *forceps*, vt Stiblin. cum Florente vertit, vel *laqueus*, vt Brodaeus reddit, qui bene ab auibus hoc translatum eſſe notat. Omnino eſt vinculi genus, vt e Galeno aliisque conſtat. Heſych. καρκίνος, τὸ νῦν καρκίνωμα λεγόμενον, καὶ ὑποδήματα τοιᾶτα, καὶ δεσμός τις καὶ τῇ πάγγος, pro quo Florens corrigit καὶ ἡ πυράγρα, ἄδος ζώου καὶ ἄγρα. vid. etiam Suid. Polluc. et Indic. Ariſtophan. Brunckii. Musgrauius interpretatur h. v. *forceps fabrilis*, citatque Philipp. in Antholog. H. Stephan. p. 447. et Pancrat. ibid. Senſus autem, eodem teſte, extra metaphoram hic eſt: *malum*

Digitized by Google

*lum ineluctabile* Cyclopem inuadet. Fabrili forcipi comparatur arcta compreſſio, Oppian. Halieut. 2, 342. Ouid. Metamorph. Lib. IX, 78. *angebar, ceu guttura forcipe preſſus.* Preuoſtus h. l. reddit: *Les tenailles de la douleur vont ſaiſir le col du barbare qui mange ſes hôtes etc.* Caeterum non incommode h. l. καρκίνον proprie ſumi poſſe pro πυράγρα exiſtimat Barneſius. Satyri enim ſuo more, i. e. ridicule, loquentes putant ſe forcipibus Cyclopis collum retenturos, dum Vlyſſes illius oculum exurat, quemadmodum etiam Florens Chriſtian. reddit: Apprehendam valenter Colla dura Forcipe Hoſpitum Crudiuori gumiae. ἐντόνως, ἰσχυρῶς. δαιτυμῶν, eſt qui conuiuio excipitur, et qui conuiuium parat. vid. Euſtath. ad Homer. Od. δ. v. 621. Suidas: δαιτυμόνες, ἀριστήται, εὐωχούμενοι. Sic h. l. epulator hoſpitum, ſupra v. 127. 26. ὁ καίων βορᾷ ἀνθρωποκτόνῳ ſ. qui τὰ κρέα τῶν ξένων φορᾷ. Reiskius non poſt ſequens κόρας, ſed poſt ἠνθρακωμένος v. 609. collocare vult punctum, *perdet, deſtruet, ope ignis, oculos titio iam ad prunae ſtatum redactus, occultatus iacet in cinere ramus ingens quercus.* φωσφόρος κόρας, ſupra v. 462. φωσφόρος ὄψις, ibidem etiam cum κόρας tanquam ſynonymo iungebatur. κρύπτεται ἐς σποδιὰν, pro ἐν σποδιᾷ κεῖται, eleganter, ἐς autem pro ἐν poni nemo neſcit, vid. Viger. l. l. p. 574. Sic etiam in N. T. v. c. Marc. 1, 9. 39. Act. II, 27. εἰς ᾅδου ſc. οἶκον pro ἐν ᾅδου. Musgrauius allegat illud in Soph. Aiace v. 80. ἐς δόμους μένειν. σποδιὰ, i. q. σποδὸς, quod differt a τέφρα· hoc enim dicitur de cinere puro, illud de ſordido, in quo extincti carbones aliaque reperiuntur, vnde σποδίζειν, ita perurere, vt, quod vritur, cinefiat, v. c. in Ariſtophan. Veſp. v. 328. vbi vid. Flor. Chriſtian. ἄσπετον (πολύ, μέγα, ἔντιμον, Homer. Od. δ. 75. vbi cum πολύ iungitur) ἔργον, (κλαῖδος, h. l. i. q. ἀκρέμων coll. v. 454. et Odyſſ. ν. 320. et v. 378.) δρυὸς, i. e. ἐλαίας, vt ex loco laudato patet. δρῦς, πᾶν ξύλον ἢ δένδρον. Heſych. Atque ſic recte Brodaeus, Florens et Musgrauius iam interpretantur.



Digitized by Google

v. 612—619. Μάχου, οἶνος vid. ad v. 411. ἴτω, Brodaeus: *adsit nobis, id nobiscum agat.* μαινόμενος πράσσέτω, *furens agat*, forte explicandum: *operetur insano modo — vehementer — ne forte e somno excitetur*, quod paulo post v. 623. legitur. Constat enim, participia saepe pro aduerbiis spectanda esse. Verum Brodaeus legi iubet μαινόμενον, *furentem eum reddat.* Leuiori emendatione vtitur Musgrauius, cui scribendum videtur μιαινόμενος, *pollutus, inquinatus caede* sc. sociorum Vlyssis. μιαίνεσθαι enim (monet idem) dicuntur dii, cum iura eorum violantur. vid. Heracl. v. 265. conf. etiam Suppl. v. 380. Heracl. v. 71. πράσσέτω, *exigat, repetat.* Sic μισθὸν πράττειν Aristophan. Nubb. v. 245. πράσσέτω μιαινόμενος valet: *vltionem repetat violatus.* (Obiter adhuc monere liceat de v. πράττειν, copiose egisse Kuster. ad Aristophan. Plut. v. 341. 485. Ran. 304. Clark. atque Ernestium ad Homer. Od. γ, 72. et Viger. l. l. p. 283. ff.) Caeterum constat quidem, πράττεσθαι et ἐκπράττεσθαι cum duobus Accusatiuis, vno rei, altero personae, esse *exigere aliquid ab aliquo* (Xenoph. Memor. I, 2, 5.) Saepe vero absolute ponitur verbum πράττεσθαι pro *rem ex voto conficere*, cui opponitur ἀπράκτων. Homer. Od. γ. v. 60. quod h. l. non male quadrare videtur. βλέφαρον, pro ὄμμα f. ὄψις. κακῷ πίῃ, *vt sibi in damnum bibat, vt potu illo infelicem sese reddat*, nempe oculo orbatus, *ego vero cupio*, ἰδοῦ, quod idem cum simplici ἰδοῦ, Bacchum φιλοκισσοφόρον, epitheton Bacchi frequens, qui hederam amat eaque est coronatus, quemadmodum quoque pingi solet. Hedera (monente Barnesio) Baccho erat sacra, quia, vt nonnulli existiment, ob frigiditatem ebrietati obsistat. vid. Barnes. h. l. ποθεινόν, i. q. ἐπιπόθητον *quem iam dudum videre optabam.* vid. v. 436. f. ποθεινὸς, i. q. alias ἐπιπόθητος. ἆρ' ἐς τοσόνδε ἀφίξομαι, *num ad optata perueniam, num votis potiri vnquam licuerit, an etiam tantam felicitatem consequar?*

Actus

Digitized by Google

v. 620—625. Per Deos — πρὸς θεῶν (vt Ariſtophan. Plut. 458. Eccleſiaz. v. 1087.) atque centies alibi hoc vſurpare ſolent, qui aliquid deteſtantur vel obiecrantur; adhibetur vero etiam in admiratione et exclamatione, vt ſaepius in Xenoph. v. c. Cyrop. 3, 3, 31. σιγᾶν, i. q. ἡσυχάζειν, quiescere, ſe non mouere loco (vt Xen. Exped. Cyr. 4, 16.) vel σιωπᾶν, niſi hoc plus ſit quam verba antea laudata. vid. Suid. in h. v. et v. σιγῶ. Schol. Ariſtophan. Ran. θῆρες h. l. vocantur Satyri; (quod iam Heſych. notauit) deformes, (vid. Brodaeum h. l.) atque Caffaui (v. Schol. Homer. β. 743.) Attici et Iones vocabant φῆρας ſeu φηρίας, quod Galenus monuit in Hippocrat. Commentar. 3. in Epidemior. 6. Tmemate 14. φήρεα, ὅπερ τὰ τὴν ἐμφέρειαν ἔχοντα φηρίων, ὅτι γὰρ ὀνομάκασιν ἔνιοι τῶν Ἰώνων Σατύρους, οὓς γραφουσί τε καὶ πλάττουσι τερατώδεις ἔχοντας ἐκ τοῦ ὠτὸς. Quia igitur oblongos apud aures exceſſus habent atque hac ratione feris non diſſimiles ſunt, θῆρες ſeu φῆρες, φῆρα, φήρεα vocantur. φήρεα enim ſunt, vt ex Galeno intelligimus, oblongae ſub auribus glanduloſae eminentiae. Vnde anglicum nomen *Fairies*. vid. Barneſ. ſupra ad v. 231. Heſych. θῆρες, θῆρας, τοὺς σατυρικούς. Musgrauius cum Arnaldo legendum putat σατυρίσκους, συντιθέναι ἄχθος σώματος, περιφερεικῶς pro σιγᾶν, os non aperire. In Ariſtophan. Thesmophor. v. 40. exprimitur per σώμα συγκλάειν. σκαρδαμύσσειν, σκαρδαμύττειν et σκαρδαμυκτᾶν, oculis conniuere, oculos claudere et aperire frequenter. Suidas: σκαρδαμύττω, πυκνὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς μύω, (ἤγουν κλείω) καὶ ἀνοίγω. παρὰ τὸ σκιέρειν καὶ μύειν τοὺς ὀφθαλμούς. καὶ πυκνῶς βλεφαρίζειν. vid. Erotian. in v. καρδαμύσσειν. Heſych. τὸ πυκνῶς καταμύειν καὶ ἀναβλέπειν ταῖς ὄμμασι. Xenoph. Cyrop. I, 4, 28. Preuoſtus bene expreſſit per *clignet*. χεμπτεύω, ſcreare, alicubi a quodam interprete vertitur per ἀποπτύω, atque vſurpatur de rhetoribus, qui, quando loqui incipiunt, ſcreant, vt eo clarius atque diſtinctius loqui poſſint. Vetus



Digitized by Google

Onomaſt. Sereo, χρέμπτομαι. — *Ne Cyclops, homo abominabilis* (τὸ κακὸν, vt v. 595. κακότης in Homer. Od. ι, 489.) *expergefiat, donec* ὄμματος ὄψις, (mire dictum, pro ὄμμα vel ὄψις ſimpliciter,) Κύκλωπος, pro αὐτῦ, τῦ κακῦ, nomina autem perſonarum propria loco pronominum perſonalium poni docet Cel. Fiſcher. Platon. Euthyphr. 4, 25. Crit. 15, 7. Phaed. 47, 8. ἐξαμιλλᾶσθαι exagitare etiam alibi apud Noſtrum recurrit, v. c. Oreſt. 431. ἐξαμιλλᾶσθαι τινὰ γῆς, — ibid. v. 28. φόβῳ. Iam h. l. idem cum ἐκτρίβεσθαι (v. 473.) ἐκτήκεσθαι (v. 458.) συνευχύνεσθαι (v. 462.). Cum hoc noſtro comparat Musgrav. illud Pindari φόνῳ πάλαισεν in Nem. 8. Antiſtroph. 2. ſed nec abſurdum cenſet ἐξομιλήσῃ πυρὶ, vt πυρὶ ὁμιλήσῃ apud Polluc. L. I. Sect. 49. ἐγκάψαντες αἰθέρα γνάθοις (σόμασι) *wir halten den Athem an uns.* ἐγκάπτειν alias notat auide deuorare, atque ἐγκ. αἰθέρα eſſet: *Luft einſchlucken, einziehen.* Heſych. κάπτοντες, ἀποδεχόμενοι, ἐσθίοντες. Caeterum αἰθὴρ de ſpiritu, ſupra v. 409. iam adfuit.

v. 626—630. ἄγε, alias ἄγετε ſaepenumero apud Homer. (In eo enim differt a φέρε, quod nonniſi in numero ſingulari adhibitum legimus,) adhortantis et incitantis eſt particula. vid. Zeun. ad Viger. l. I. pag. 307. ὅπως ἅψεσθε τῦ δολῦ, ſcil. ὁρᾶτε ſeu βλέπετε vel σκοπᾶτε, quod ſaepius omitti nemo neſcit. vid. Hoogeuen. et Zeun. ad Viger. l. l. p. 423. qui multis exemplis rem illuſtrauit, quibus adiungi poſſunt Kuſter. ad Ariſtophan. Plut. v. 326. Cel. Beck. ad Ariſtoph. Au. v. 131. Illuſtr. Brunck. ad Sophocl. Philoct. v. 55. pag. 479. Solet autem ὅπως cum Futuro Indicatiui ſemper iungi, quod idem Beck. ad l. l. v. 1331. copioſiſſime probat atque Hoogeuen. l. l. notat. vid. quae ſupra ad v. 591. ſcripſimus. ἅψεσθε, ita recte ed. Ald. male Barneſ. ἅψησθε, male etiam Brodaeus in notis ἅψησθε. Formulam copioſe illuſtrat Daweſ. Miſcell. Crit. pag. 229. ἔσω, ὡς ἄντρα. διάπυρος καλῶς, *recht durchgefeuert, glühend.* Nam διὰ in compoſitione auget, atque indicat abſolutionem vel perfectionem. vid. Zeun.

ad

Digitized by Google

ad Viger. l. l. pag. 571. 72. Suidas: διαπυρότατος, ὁ θερμός. Verba in v. 628. Brodaeus tribuit Semichoro, sed Stiblinus, Florens, aliique choro, recte vt opinor. Henr. Stephanus quoque ex MSS. hic praefigendam censet personam Chori, cum in prius editis deesset. Versuum sequentium ordinem Pierſonus hoc modo mutandum putat:

οὐκοῦν σὺ τάξιν, ὅστινας πρώτους χρεὼν
ἑστῶτας, ὠθεῖν πρὸς τὸν ὀφθαλμὸν τὸ πῦρ,
κἀν τὸν μοχλὸν λαβόντας ἐκκαίειν τὸ φῶς·
Κύκλωπος, ὡς ἂν τῆς τύχης κοινώμεθα.

Ἡμ. ὑμῶν μὲν ἐσμὲν μακρότεροι. — Sed haec, (Musgravius monet,) vt constructionem dilucidam faciunt, ita Euripidis elegantia destituuntur. Tertius enim versus vix quidquam est, nisi repetitio secundi. Sed et μακρότεροι v. 635. amoto ἑστῶτες, bonum sensum non efficit. Itaque multo satius puto, recepto versuum ordine seruato, Scaligerum sequi, pro κἀν τὸν emendantem καυτὸν vel καυστὸν (quod Barnesius vult, qui notat, κἀν hic nihil habere). Sic autem, cum ἐκκαίειν post καυτὸν inuenusti aliquid habeat, et illam labem fustulerim reponendo ἐκκαίειν:

ὅστινας πρώτους χρεὼν
καυτὸν μοχλὸν λαβόντας ἐκκαίειν τὸ φῶς.

Caeterum Reiskius apud χρεὼν subintelligi monet a communi e praecedentibus τάττειν, *colloca igitur quos primos oportet* (sc. collocare) *et* (quos) etc. — Malo subintelligere ἔσω μολεῖν, quod antea dixerat Vlysses (nam ad illud alterum ἄψεσθε etc. respondetur his verbis μοχλὸν λαβόντας etc.) vel simpliciter εἶναι, *quosnam primos* (esse) *oportet, qui apprehenso vecte oculum extinguant.* χρεών, participium a χρέω, χρῶ, neutrum χρέον, sed accentus contra consuetudinem a loco suo motus, atque ο in ω per productionem atticam mutatum. Aduerbia in ον definentia scribuntur per ο, excepto χρεὼν et ἐμπεδών. Haec est Suidae in h. v. animaduersio. — Qui autem antea dicebatur δαλὸς, nunc dicitur μοχλὸς, de quo voc. diximus supra v. 239. Neque est quod corrigamus, vt



Digitized by Google

ipse Reiskius vidit. Hic enim cogitauerat aliquando μύδρου pro nostro μοχλόν, quippe quod non de solo ferro candente sed etiam de ardente pruna lignea dicatur. Caeterum Barnesius monet μοχλὸν priorem habere communem atque Phoeniss. v. 19. eam in rem laudat. φῶς, paulo post v. 632. ὀφθαλμὸς, vt Latin. lumen et lux pro oculis. vid. Virgil. Aen. III, 635. et 663. et Barnes. ad Suppl. v. 220. ἐκκαίειν, πυρᾶν, ἐκτήκειν. λαβόντας, vel abundat pro τὸν μοχλὸν, (vid. Viger. pag. 342. ibique Hoogeuen.) vel exprimit ἅπτεσθαι, quod praecessit; vtrumque locum habere potest. conf. v. 470. ὡς δὲ τόχιστ' ἐσπόμεσθα, supra v. 469. φόνῳ κοινωνῶ θέλω.

v. 631—637. Pro μακρότερον Musgrauius legendum putat μακρότερον πρὸ τῶν θυρῶν ἑστῶτες, *nimis longe ante fores abstantes*, ideoque laudat Alcest. v. 717. vbi est πλέω pro nimis multa. Agnoscit quidem ille, hanc non esse satis validam rationem, eam vero in tali re non exspectari putat. — Retineo lectionem vulgatam, atque reuoco obseruationem Grammaticorum satis notam, quae hic locum habere videtur. Quaedam comparatiua laudem significantia (quidni etiam alia?) genus aliquod inuoluunt excellentiae vel difficultatis, ad quam id, quod gignendi casu coniuncto significatur, adspirare non potest, vid. Viger. p. 63. ibique Hoogeven. Aliquando idem Genitiuus per Infinitiuum resoluitur, cui plerumque praecedit particula ὡς, quemadmodum ex l. l. p. 65. discere licet, vbi ex Aristid. ad Capiton. exemplum citatur. Huc etiam noster locus pertinere videtur, quanquam neque ἢ neque ὡς sequatur. Ergo sensus erit: *remotiores a foribus abstamus, quam vt torrem* (hoc enim est πῦρ, i. δαλὸς διάπυρος seu κεκαυμένος) *accensum in oculum Cyclopis instrudere possemus*, nisi placuerit accuratius vertere, *quam vt torrem accensum ad oculum vsque portare — protrudere — possemus*. Tandem eodem redit, quo Musgrauius volebat, neque emendatione opus esse videtur. Excell. Beck. monet adhuc Casaubonum de Satyr. poës. 219. (scribe

171.

Digitized by Google

171. ed. Ramb.) legere μικρότεροι, minime vero, potius reiicit μικρότεροι, quod doctis (Cantero et Scaligero) placet, tanquam pugnans ἐκ διαμέτρου cum poëtae mente modo expoſita. Apud eundem Caſaub. l. l. male ὠδᾶν pro ὠδᾶν errore typographico in ed. Rambachii reperitur. Barneſius recte negat ſe reperire, quam expoſitionem mentis poëtae Caſaubonus velit. Vnde Caſauboni ſenſum in textu retinuit, Canteri in verſione expreſſit, quia tutius erat latinam mutare quam Graecam. χωλὸν γενέσθαι, (quod alias prouerbiale eſſe dicit Florens,) h. l. i. q. κυλλὸν γίνεσθαι ac proprie eſt ſumendum, alibi κυλλοποδίων adhibetur, vid. Cel. Beck. ad Ariſtophan. Au. v. 1379. Profecto nihil magis ridiculum cogitari poteſt quam hoc, Satyros tam cito claudos eſſe factos. Recte, ni fallor, Barneſius negat, illam loquendi formulam in Theocrit. Adoniaz. 41. atque Nicarchi Epigrammate (in Anthолog. Lib. VII. Fol. 481. edit. Henr. Stephani) prouerbialem eſſe, quam exiſtimabat Florens Chriſtianus. ταυτὸν πεπόνθατ' ἄῤ ἐμοὶ *idem vobis quod mihi accidit.* vid. quae de hac forma loquendi diximus ſupra v. 110. ταυτὸν pro τὸ αὐτὸ vid. Barneſ. ad Troad. v. 972. Haec verba in ed. Ald. Stiblin. Florent. aliisque tribuuntur Vlyſſi, reliqua τὸν γαῖς κ. τ. λ. Choro. Sed quomodo Vlyſſes haec dicere poteſt? Certe hoc non quadrat veritati! An vero ironice intelligendum? ſed quem in finem, nonne hoc nimis videtur exquiſitum? Malo igitur haec et ſequentia verba Semichoro tribuere, qui haec verba alteri Semichoro dicit: — *So geht's euch denn wie mir, denn während des Stehens hab' ich, ich weiß gar nicht woher, den Krampf in den Füßen bekommen.* Neque nimis audax mihi eſſe videor hunc ordinem conſtituens. Cum haec ſcripſiſſem, non ſine laetitia, mecum eadem de h. l. cogitaſſe Musgrauium, intelligebam. Barneſius quidem illa verba ταυτὸν etc. tribuit Choro, eſdemque verba κοὐδ' ὅμμ. ſſ. ſed etiam haec alteri Semichoro danda eſſe exiſtimo. σπάζω eſt conuellere, diſtrahere, diſtendere, vnde σπασμὸς diſtenſio, rigor neruorum ſ. conuulſio, Latin.



Digitized by Google

*ſpasmus* in Celſ. 2, 1. Plin. 22, 8. 30, 22. ſpasma. ἐκ οἷδ'. vides rurſus plurale atque ſingularem numerum inter ſe inuicem permutari. ἑσῶτες interroget Vlyſſes, (id enim vim h. l. habet, quia ſtantes non facile ſpasmum ſentiunt). ἔσω τυ, v. 635. πόθεν, ex ὅτυ, i. e. ὅτινος, ἕτινος, vid. Barneſ. ad Bacch. v. 468. et Suppl. 847. τάδ' ὄμματα μέτεσιν ἡμῶν, Barbare, clamat Scaliger, atque inepte, immo καὶ τὰ δ' ὄμματα μές' ἐσὶν ἡμῶν κόνεος; ἢ τέφρας πόθεν, i. e. *pleni ſunt oculi noſtri puluere aut cinere alicunde.* Hanc emendationem probant Reiskius atque Musgrauius, vterque tamen ἡμῖν elegantius putat pro ἡμῶν. Antequam Scaligeri vidiſſem correctionem, ipſe quoque illud μέτεσιν mutabam in μές' ἐσιν, (i. e. μεσαὶ ἐσιν) quod etiam Barneſio placet, neque in textum recipere dubitabam, nolo tamen ἡμῶν, quod ad ὄμματα pertinet, corrigere, quanquam Musgrauii de hac emendatione iudicium verum eſſe non negauerim. Caeterum Ed. Ald. pro κόνεος habet κονίων, atque Mſ. G. pro τάδ', quod in ed. Ald. reperitur, legit τά γ'. Barneſius κόνος pro κόνεος ſcribendum eſſe cenſet ob Iambum in quarto, κόνις, i. q. τέφρα, hoc enim a Suida per κόνις explicatur. Sed cum h. l. diſtinguatur a τέφρα, prius puluerem, alterum cinerem notat.

v. 638—641. ἄνδρες πονηροὶ, (vid. ſupra ad v. 231.) hoc poteſt ad ignauiam et infirmitatem referri, ſeu potius timiditatem atque vecordiam, ſic enim v. c. χρώματα πονηρὰ Xenoph. Cyrop. I, 4, 19. de colore oris, qui ſummum pauorem prodit, vid. Zeun. in Ind. l. l. et hoc ſignificatu eodem modo vſurpatur, quo alias v. κακὸς, cui opponitur καλὸς ſtrenuus, fortis ſ. ἐῶλος, i. e. ἀνδρεῖος, ἀγαθὸς Xenoph. Cyrop. II, 4, 10. et 2, 25. κακὸς κοινωνὸς πόνων, qui ob ignauiam non vult perferre cum aliis eosdem labores. — Verum liceret etiam illud πονηρὸς huc trahere, quod male merebantur iſti Satyri de Vlyſſe amico, cui antea promiferant opem, (quemadmodum in Xenoph. Cyrop. VIII, 4, 33.) niſi eadem idea in verbis ſequentibus lateret, κοὐδὲν οἷόν ξύμμαχοι. ξύμμαχοι, qui

Digitized by Google

qui vna cum aliquo aduersus alium certat, ad vim illatam repellendam, non vero inferendam; ergo idem fere cum συσχατιώτης, hinc remota idea primaria, omnino socius quilibet, qui cum aliquo aliquid suscipit, perfert, exsequitur, inprimis ita dicitur socius laboris cum multis grauibusque periculis coniuncti, alias συνεργός, vnde Paulus in Ep. ad Philipp. Epaphroditum vocat συνεργὸν καὶ συσχατιώτην. οὐδεν s. μηδεν εἶναι, i. e. οὐδενὸς ἄξιον εἶναι nichts werth seyn, nichts taugen, opponitur εἶναί τι, i. e. πολλοῦ ἄξιον εἶναι. vid. Plat. Phaed. 8, 8. Hoogeuen. atque Zeun. ad Viger. p. 150. et 149. Sic infra recurret v. 663. *Feige Memmen — nichtswürdige — elende Helfer.* Brodaeus reddit: neque cum opus est, socii. — Nam ὁτιὴ (attice pro ὅτι) i. q. διότι, sic Glossa ad Aristophan. Ran. 868. quam Brunck. adnotauit. Sic occurrit in Aristophan. Equit. 428. Lysistrat. 1228. ὁτιὴ τὸ ν. i. e. διὰ τὸ ν. s. διότι τὸ νυτ. αὕτη γίνεται (ἕξις) κοπηλία, i. e. *causa timiditatis ac vecordiae*, quemadmodum in ipsis N. T. libris, v. c. κρίσις in Iohann. 3, 19. *caussa damnationis*, cur magna hominum pars puniatur. ὁ νῶτος est dorsum, (Suid. ἡ ψόα τῦ ἀνθρώπυ, ὁ νῶτος communes Graeci, τὸ νῶτον Attici dicunt. vid. Fischeri Prolus. de Vit. Lexx. N. T. XX.) et ῥάχις (vnde h. l. ῥάχιν pro inusitato ῥαχέα) spina dorsi seu lumbus. Suid. ῥάχιν, ὀσφῦν (sic enim cum Hesych. h. l. scribendum esse pro ὀφρῦν nemo dubitabit) ἢ τὸ νωτιαῖον μέρος — ῥαχέα ἄχρηστον· ῥάχιν δὲ, ἐν χρήσει. οἰκτεῖραι τι, aliqua re commoueri, v. c. fortunam alicuius misereri, Exped. Cyr. Xenoph. III, 1, 19. θρηνῶν, i. q. alias οἰκτίζων atque ἐλεῶν. In Graec. vers. V. T. pro רחם et חנן occurrit, nec non Ep. Rom. 9, 15. vbi vid. Weller. aliique Interprett. — *Mich dauert mein armer Buckel, mich dauert mein armes Rückgrad — und ich mag mir die Zähne nicht gern ausschlagen lassen*, haec est κοπηλία, hinc illa timiditas, hoc est, quod tu κοπηλίαν nomine adficis.



Digitized by Google

v. 642—644. Nunc Satyri, ne prorſus deſint officio, ad eiusmodi remedium fugiunt, quale ſuperſtitionem ſummam ſapit, neque nunc deſideratur inter homines, qui, cum vires intendere ac laborare nolunt, quippe ignaui ac ſocordes, ſuperſtitione ſumma ſaluti proſpicere volunt. Nolo autem rurſus ad enallagen numeri prouocare, quem animaduertere licuit v. 639. (οἰκτίρομεν) coll. 640. (βέλομαι τυπτόμενος κ. τ. λ.) atque denuo οἶδα v. 642. quo nunc in ſeqq. vtitur chorus. Suid. ἐπῳδή, ἡ γοητεία, cum quo iungitur apud Polyb. quem praeter Sophocl. Aiac. laudat Suid. Idem: ἐπῳδός, ἡ ἐπαίδουσα τοῖς νοσοῦσι παισί. Eſt igitur ἐπῳδή, incantatio, in primis ea, qua defunctorum animae ab inferis reuocantur, ἀπὸ τῶν γόων, lamentationibus, quae circa defunctorum ſepulcra audiuntur. γοητεία enim, Suida teſte, eſt ἐπὶ τῷ ἀπάγειν ψυχὰς δι' ἐπικλήσεως, atque differt a μαγεία, et φαρμακεία, quae tria a Medis Perſisque inuenta ſcribit Suidas, quem v. in v. γοητεία, vbi etiam differentiam horum vv. indicauit. Hinc omnino ἐπῳδὴ dicitur carmen, quo aliquid remouere volumus, quod nobis eſt noxium, ſic in Homer. ac Demoſthene (793. pen. ταῦτα τὰ φάρμακα καὶ τὰς ἐπῳδάς, carmina quibus incantandis morbi depellerentur, λαβὼν παρὰ τῆς θεραπαίνης) vnde ἐπᾴδειν in Platon. de Republ. L. X. — De Orpheo res ſatis nota, cithara enim, et quo eam comitabatur cantu, (Plutarch. de Muſic. pag. 1132. Tom. II. Opp.) homines ferasque et arbores atque rupes ad ſe trahebat (Apollon. Argonaut. L. I. v. 26. Excell. Iani ad Horat. Od. I, 12, 7.) quin nauem Argo eadem ratione in mare deduxit, cum antea moueri e loco non potuiſſet, (Orph. Argon. v. 264.) neque non Hecaten ex Orco eduxit (ibid. 940.) Brodaeus ex Pauſan. ἑλιακ. β. (p. 199.) laudat haec: ἔνιοι δὲ καὶ τὸν Θρᾷκα Ὀρφέα μαγεῦσαι δυσίν. Idemque Seruium affert haec monentem: Orpheus voluit quibusdam carminibus reducere animam coniugis. Plin. L. XXX. c. 1. Musgrav. prouocat ad Alceſt. 98. ſ. ἀγαθὴν πάνυ, mire dictum de carmine. Noſtrum: *ein herrlich's Zauberlied.* Preuoſtus reddit: *mer-*

Digitized by Google

*merveilleuſe tout à fait.* ὡς — *quo efficiam, vt* — αὐτόματ ι, *ſponte comburat.* αὐτόματος dicitur, qui caſu et ſponte aliquid facit, vel venit. Sic h. l. et Bacch. v. 447. de vinculis ſua ſponte ſolutis atque Actor. XII, 10. (ad quem copioſus de h. v. Wetſten. fuit,) de portis vltro ſuaque ſponte apertis. Alias additur etiam ἥκω (Ariſtophan. Plut. 1191. vbi de Ioue ſermo eſt, qui ſponte auxilio hominibus adeſt) vt h. l. σύχω. vid. de h. v. Kypk. ad Marc. 4, 28. Raphel. in Annott. Herodot. Ottii Spicileg. Ioſeph. pag. 79. S. Reuerendus Carpzov. in Specimin. Eunapii edendi p. 13. Alias αὐτόματος ἥκω ſeu σύχω vno voc. αὐτοματίζω exprimitur. Heathius h. l. monet, legendo αὐτοματὶ Anapaeſtum vitari poſſe. Caeterum nemo non videt Satyros hoc v. indicare velle, non opus eſſe auxilio, quod Vlyſſi nunc praeſtare debeant. σύχονθ', in Florentis edit. eſt: συχόνθ' male! κρανίον, cranium, ſedes cerebri, teſte Gaza. ὑφάπτειν, (nam ὑφάπτειν, quod in Florent. edit. quantum ſcio, nihil eſt,) notat ſuccendere, incendere. τὸν μονῶπα (μονόφθαλμον vid. ſupra v. 21.) παῖδα γῆς, Brodaeus notat Euripidem Polyphemum prius vocaſſe Neptuni filium διὰ τὸ τῆς θαλάσσης ἄγριον, nunc Terrae, quod enormi ac monſtroſo corpore praeditus fuiſſet. Verum Barneſius hac denominatione hoſtem Deorum indicari monet eique aſſenſum praebet Musgraulus, tales enim Deorum hoſtes, plerumque παῖδας τῆς γῆς vocari, cenſet. Idemque, aliter Homerum narrare notat in Odyſſ. α, v. 68. Ibi enim Polyphemus dicitur Neptuni filius ex Thooſa Nympha, Phorcynis filia, procreatus. Sed fortaſſis etiam ita dicitur Polyphemus ratione corporis immenſi ac deformis, quale Gigantes (γηγενῆς, παῖδες τῆς γῆς) habuiſſe dicuntur, vid. Apollodor. L. I. c. 6. §. 1. Farnab. ad Ovid. Metamorph. 13, 783. Quod enim Heſiodus in Theogon. (v. 139. coll. 126.) ſcribit Cyclopes Terrae filios fuiſſe, id huc non pertinet, cum Euripidi Cyclops ſit filius Neptuni.



Digitized by Google

v. 645—649. ἤδη σ' in ed. Stiblin. Sed Florens et Caſaubon. ἤδειν. Prius ἀττικῶς cenſet Scaliger. Pro eo ἤδη σ' emendant Heath. Pierſon. ad Moer. pag. 174. Valckenar. ad Hippolyt. 405. Vid. iterum Proluſ. Fiſcheri citatam. Bene quidem, Suidae gloſſa ex edit. Mediolan. deſcripta haec habet: ἐκεπόιθη, ἀντὶ τοῦ ἐκεπόιθειν· καὶ ἐωρᾴκη, ἀντὶ τοῦ ἐωρᾴκειν· καὶ ἤδη, ἀντὶ τοῦ ἤδειν, quanquam haec ſunt tertiae perſonae, quam Attici terminatione a prima non diſtinguebant. vid. Koen. ad Corinth. de Dial. Att. §. 58. et Cel. Brunck. ad Comici Concion. 650. et Plut. 696. φύσει, i. e. *tam ignavum, atque timidum. Iam dudum quidem hoc noueram — ſed nunc certius meliusque intellexi. Igitur vti oportet auxilio, ope, οἰκείων φίλων.* οἰκείοις, ἰδίοις, *qui mecum huc venerunt, familiaribus*, certioribus melioribusque ſociis, quorum auxilio maiorem fidem habere poſſum. Nam οἰκεῖος, auctore Ammonio p. 3. differt a συγγενὴς (per quod Cyrill. apud Biel. explicat) φίλος, ἀγχιστὴς, vt e Demoſthene patet, *der zur Familie gehört*, atque proprie ita dicitur, qui cum familia per connubium coniunctus eſt, quoniam quaſi ex ſua domo ad aliam tranſit, Latin. *affinis*, (alias κηδεστὴς vid. Brunck. ad Comici Thesmoph. 74.) vnde vſurpatur de quouis homine, qui aliqua ratione eſt coniunctus, v. c. religione, vt Galat. 6, 10. Hinc οἰκεῖος dicitur proprius, meus, non alienus, qui noſtrae eſt poteſtatis et vſus. vid. Heſych. Zeun. Indic. Xenoph. Cyrop. εἰ μηδὲν σθένοις χαλεπὸν *ſi quidem — cum robore, fortitudine tua nihil valeas.* De v. σθένειν vid. ſupra ad v. 2. χάρις, βοήθεια καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ δύναμις. Suid. Neque vero, centies Hebr. יד ita adhiberi in V. T. ignoratur, eodemque modo de auxilio vſurpatum legimus. Ieſ. 57, 10, 8. ἀλλὰ ſaltem, ſic Med. 942. Oreſt. 1562. Ion. 978. Sophocl. Electr. 417. Saepius tamen hoc ſignificatu adiunguntur particulae γε ἔν, ἔν γε, vel γέν (vt Ariſtophan. Thesmoph. v. 250.) vid. Viger. p. 455. ibique Hoogeuen. Praeter locum Ariſtophan. laud. addi poſſunt Nubb. 1364. 1369. Thesmophor. v. 424. vbi vid. Kuſter. et Brunck. ἐπεγκελεύειν, adhortari, animum

Digitized by Google

mum excitare, monere, i. q. παρακελεύεσθαι alias, ὡς κτησώμεθα εὐψυχίαν, vt animum fortem acquirant sibi socii, quorum opera nunc vti cupio. Alibi hoc dicitur εὐψυχᾶν, i. e. θαῤῥεῖν, ἐλαφὸν ſ. εὐγενῆ εἶναι. vid. de h. v. Kypk. in Obſſ. aliosque Interpretes ad Philipp. 2, 19. κελευσμὸς ſeu κέλευσμα (v. 651.) inprimis eſt nautarum acclamatio, vnde κελευστὴς dicitur de gubernatore qui nautis praeeſt, vid. Suid. in v. κελευστὴν. Bergler. Alciphron. VII. p. 89. et Elsner. ad 1. Theſſal. 4, 16. p. 276. ſſ.

v. 650. ſ. ἐν τῷ Καρὶ κινδυνεύσομεν „Cares teſte Aeliano „de Animal. L. XII. c. 30. omnium primi ſtipendio milita„bant, vnde Car apud antiquos idem fere valet quod mer„cenarius. Iulianus de Regno: ἐν Καρὸς ἥπετο τάξει καὶ χήματι. Hinc natum prouerbium ἐν τῷ Καρὶ κινδυνεύειν, cum „quis in aliena cute periculum faceret, Ariſtid. T. I. p. 163. „ἐν τῷ Καρὶ καὶ ἐκ ἐν τοῖς ἑαυτῶν σώμασι, τὴν πεῖραν ποιούμενοι. „Adde Heſych v. ἐν Καρὶ, vbi praecipuum eius vſum eſſe do„cet, de iis, qui animas viliores pro ſe periculis obiiciunt; „quod quidem prudentis Viri eſſe affirmat ex paroemia alia „Polybius: δεῖ γὰρ ἐν τῷ Καρὶ τὴν πεῖραν, ὡς φησιν ἡ παροιμία, „p. 603. C. Facete igitur Chorus: *in Care periclitabi„mur*, i. e. *nos, quorum vita magni aeſtimanda eſt, extra pe„riculum ſtabimus, et te, vile et ignobile caput, morti pro no„bis obiiciemus.“ E notis Musgrauii.* De prouerbio hoc conf. Homer. Il. ι, 378. Cicer. pro Flacc. 27. Valckenar. ad Herodot. p. 403. Ruhnken. praefat. ad Heſych. II. pag. 7. quos iam video a Cel. Beckio laudatos, adde Manil. 4, 766. Erasm. in Adag. (in Care periculum). Preuoſtus in nota ita expreſſit: *Nous courons des dangers dans le Carien.* Iam huius prouerbii illuſtrandi cauſa affert haec: *Les Cariens au rapport d'Elien ont éte les premieres troupes mercenaires. Carien et mercenaires, devinrent des mots ſynonymes. Et l'on dit courir des dangers dans le Carien, pour dire, expoſer un mercenaire a ſa place. Heſychius nous apprend que ce prover-*

*be*

Digitized by Google

*be ſ'applique plus particulierement à ceux qui expoſent a leur place des hommes vils et dous la perte n'eſt pas d'une grande conſequence. Il eſt donc aſſez plaiſant d'entendre le choeur le ſervir de cette expreſſion, comme ſi lui même étoit un général fort precieux a ſes troupes et qu' Ulyſſe et ſes compagnons ne fuſſent que des enfans perdus que l'on expoſé ſans regret.* Idemque in verſione ſic haec verba expreſſit: *Je ferai ce, que tu deſires. En prudent général, je n'expoſe que des vils ſoldats.* Florens ad h. l. noſtrum, ſe iſta non ſatis capere, profitetur. Etiam haec (inquit) ſapiunt prouerbium, et reſpexit fortaſſis Homericum illud ἐν Καρὸς αὐτῃ, quia primi Cares ſeruitutem ſeruierunt bello capti: Fortaſſis etiam καρὶ dicit pro κρατὶ: nam κὰρ Homero κεφαλή. Auſus ſum aliquando haec interpolare, et hanc lectionem periclitari, δρᾶσω τόδ', ἐν τῷ γὰρ τὸ κινδυνεύσομεν; *hoc* (inquit) *faciam; quid enim in hoc periculi?* Florentem laudat Barneſius. Caeterum Suidas quoque monet, illud prouerbium ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον, dici de iis, qui moleſtias pro aliis mercede ſuſcipiant. Cares enim primos hominum mercede militaſſe, vnde idem prouerbium de iis adhiberi, qui pro aliis pericula ſuſcipiant. Ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον. ἐπὶ τῶν μισθῷ πολέμων τὰ οἰκεῖα δυχερῆ. διὰ τὸ τὸς Κᾶρας πρώτους ἀνθρώπων μισθῷ στρατεύσαι. ὕστεραι δ' ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀλλοτρίοις κινδυνεύοντων. κελευσμάτων ita Ed. Ald. male vulgo κελευμάτων, monente Musgrauio. In quo falſus eſt. Nam κέλευμα Atticum eſt vocabulum. v. Hemſterhuſ. ad Ariſtophan. Plut. 430. ἕνατι, i. q. χάριν ſ. ἕνεκα, h. l. *vi adhortationum vratur Cyclops.*

v. 652—658. τύφεσθαι, i. q. καπνίζεσθαι, hinc notat καίεσθαι, atque nunc ſtatim ſequitur ſynonymum καίειν. Suid. τύφεται, καίεται. γενναιότατα pro γενναιοτάτως ſ. γενναίως. Neutra enim ita pro aduerbiis poni, nemo neſcit. σβῶτε, σπεύδετε, ἐκκαίετε, hoc bene conuenit cum dicentium conditione ac ſtatu, ſummo enim feruore ardent Satyri Cyclopem inhumanum ac ferum interficiendi, vt e periculo libe-

Digitized by Google

liberentur adque Bacchum amabilem redire possint. Simili modo Oreſt. 1305. φονεύετε, καίνετε, θείνετε κ. τ. λ. vid. Sulzer. *Allgemeine Theorie der ſchönen Künſte und Wiſſenſchaften.* P. II. pag. 682. v. *Lebendiger Ausdruck.* Hi verſus, efficiunt Syſtema anapaeſticum, eorumque metra ſic reſtituit Heathius:

Ἰὼ, Ἰὼ.
Γενναιότατ' ὠθεῖτε, σπεύδετε.
ἐκκαίετε τὴν ὀφρῦν θηρὸς
τῆ ξενοδαίτα. τύφετε, καίετε
τόνδ' Αἴτνας μηλονόμον, τόρευε
ἕλκε, σὲ μὴ ἴσδον·
νηθεὶς δρέπη τὶ μάταιον.

Reiskius legit:

τύφε τὸν, καῖε τὸν Αἴτνας μηλονόμον.

θηρὸς (v. 598.) ξενοδαίτα (v. 606. ξένων δαιτυμόνος ſ. ξενοφάγε, vt Brodaeus vertit) μηλονόμον (μηλοβότα vid. ſupra v. 53. ſ.) Musgrauius mauult τὸν Αἴτνα, adque v. 597. prouocat. Idemque in Exercitt. ad Euripid. p. 148. in Appendice pro τυφέτω καιέτω legendum eſſe iubet τύφετ' ὦ, καίετ' ὦ. Henr. Stephanus coniicit τύφετε, καίετε, ſicut praeceſſit ἐκκαίετε. τορεύειν, ſ. τορεύειν, Latin. tornare, i. e. torno excauare, aliquid formare, *aushölen*, *ausbohren* Schol. Ariſtoph. Thesmophor. τορεύειν, μετάγεσθαι ἀπὸ τῆ ἐργαλείε τεκτονικῆ ᾧ τὰ στρογγύλα σχήματα περιγράφεται, ὅπερ δὴ καλεῖται τόρνος. ὅθεν καὶ τορνῶσαι, περιγράψαι καὶ κυκλῶσαι σημαίνει. Ab hoc tamen differre videtur τορεύειν, caelare, hoc enim dicitur proprie de opere caelato, ſcalpere, et fit caelo (*mit dem Meiſſel*) ſed illud alterum de opere cauato, quod fit torno (*mit dem Dreheiſen*). vid. Bentlei. Art. poët. Horat. v. 441. Salmaſ. Exercitatt. Plin. 1044. ſſ. Heynium V. S. ad Virgil. Eclog. III, 38. eiusdemque *Antiquariſche Aufſätze. Zweytes Stück.* p. 127. ſſ. Vnde toreuma in Virgil. Cul. v. 66. vbi de opere extante anaglypho proprie eſſe accipiendum notat Heynius V. S. conf. etiam Erneſti Clau. Cic. V. Toreuma. Caeterum



Digitized by Google

τορεύειν et τορνεύειν interdum permutari nouimus. vid. Brunck. ad Ariſtophan. Thesmophor. 986. ἕλκε, Musgrauius ἕλκει ſaucia, negat enim prius huic occaſioni conuenire laudatque Hecub. v. 405. Preuoſtus quidem bene: *Tirez, tirez, le pied, c'eſt a difuyez.* Sed dubito ἕλκειν, notare trahere ſ. retrahere pedem, fugere. Etiam Brumoeus quoad ſenſum vertit: *prenez garde à vous.* ἐξοδυνηθεὶς, alias ὀδυνᾶσθαι ſignificat: dolore graui affici, vt Ariſtophan. Plut. 722. Ran. 650. atque alibi. Sed h. l. Brodaeus vertit: *hoc malo liberatus*, Stiblin. autem: *ne elapſus vspiam quo te afficiat malo.* Verum Preuoſtus ita haec expreſſit, vt opinor, bene ac commode: — *dans l'excès de la ſouffrançe il ne vous faſſe ſentir ſa foureur.* δεῖν τι μάταιον, i. e. κακόν. (Sic μάταιον etiam in Graec. verſ. Pſ. 37, 13. 51, 7. occurrere videtur) ſeu: *ne te exſpectatio tua fallat*, is enim eſt primarius h. v. ſignificatus. Caeterum de hac forma loquendi vid. Zeun. Indic. ad Xenoph. Opuscul. Polit. Equeſtr. etc.

v. 659—663. Iam Vlyſſes cum ſociis cogitandus eſt apprehenſo torre oculum Cyclopis perforare. Vnde Cyclops e ſomno excitatus ſummum clamorem extollit ὤμοι, *Vae mihi*, h. l. dolentis. Pro voc. ὄμμα ſ. ὀφθαλμὸς dicit στέλλε ὀφθαλμῷ, quod magis in ſenſus cadit atque poëticum eſt, ſupra erat φῶς. Alias στέλλε dicitur iubar, v. c. ſolis, conf. Cel. Beck. ad Ariſtophan. Au. 1208. Chorus, cuius haud dubie miſericordiam in tanta calamitate Cyclops exſpectabat, ludibrio eum habet, atque vt carmen egregium repetat, rogat. Profecto an aliam meliorem acriter cauillandi rationem eligere potuiſſet poëta, dubito. καλὸς, ironice. παιὰν autem ὕμνος ἐστὶν εἰς Ἀπόλλωνα ἐπὶ παύσει λοιμῷ ᾀδόμενος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παύσει πολέμου. πολλάκις δὲ καὶ προσδοκωμένης δεινῆς. καὶ παιανίζειν, ἐπὶ τῶν ἀπὸ τούτου, τὸ παιᾶνα ᾄδειν. καὶ γίνεται ἀπὸ τοῦ παύω, παυὰν, καὶ παιάν. Quibus illuſtrandis pauca adhuc liceat monere. De hoſtibus aggredientibus h. v. vſurpari conſtat in Diodor. Sic. IV. pag. 311. atque Phoenn. Euripid.

Digitized by Google

pid. 1109. de carmine in honorem Martis ante proelium decantati legitur. vid. Zeun. ad Xenoph. Cyrop. L. III, 3, 58. et Indic. Xenoph. Expedit. Cyr. Omnino autem de Hymno quem Veteres olim ab imminente periculo liberati canebant adhiberi, teſtatur locus in Ariſtophan. Veſp. 869. ad quem vid. Florens Chriſtian. Deinde omne carminis genus hoc nomine venit (vid. Pollux Onomaſt. Athenaeus L. XV.) v. c. in re funerea, Alceſt. 423. Aeſchyl. Electr. ἐν χοηφόροις — vbi non recte Schol. Aeſchyl. reprehendit, quippe de mortuis h. v. vſurpantem. Nam etiam alibi ſic occurrit. Omnino de h. v. videndi ſunt Schol. Pac. Ariſtophan. v. 452. ibique Florens Chriſtian. Schol. Thucydid. Lib. IV, 43. vnde Suid. et Heſych. ſua deſcripſere. Sic Ariſtophan. Acharn. v. 681. Plut. 636. Paean ipſe Apollo vocabatur, tanquam potentiſſimus malorum auerruncus. vid. Valckenar. Hippolyt. 313. τόνδ', ὦ Κύκλωψ, ſic Mſ. G. apud Musgrauium eiusque ex iudicio recte Barneſius. Sed Ed. Ald. τόνδε Κύκλωψ. Sic etiam ed. Stiblin. et Florentis. μάλα non *iterum*, ſed *penitus*, *funditus*, quemadmodum reddidit Florens. Nimirum Cyclops ſentit ſummam miſeriam, ludibrio habitus a Satyrorum choro. Profecto grauiſſimas luit poenas, nihil enim eſt, experientia teſte, magis terribile, quam miſerias graviſſimas pati, cum tibi conſcius ſis facinorum nefandorum, quae merito poenas exigunt, nec habere cum quo querelas communices, cuiusque ſolatio, conſilio, alloquio animus quodammodo tranquillus reddatur, quin adeo inter ipſam calamitatem irrideri, praeſertim ab eiusmodi hominibus, a quibus minime exſpectare poteras, qui olim admodum impotentes et infirmi erant, atque etiam nunc ſunt, cum tamen ipſe, qua eos longiſſime ſuperas potentia, eam aduerſus illos nullo modo adhibere poſſis. Vnde Cyclops lamentatur ὡς ὑβρίσμεθ', et quod neceſſario hinc ſequitur, ὡς ὀλώλαμεν. Sed nunc iratus minatur ἀλλ' ὅτι μὴ. Sic Stiblin. et Brodaeus. In ed. Florent. ὅτε. φύγητε, *ne cogitetis vos effugere poſſe vindictam. Ihr ſollt mir ſo nichs entfliehen.* Sub



Digitized by Google

πέτρα antrum vaſtum atque immenſum eſt cogitandum, quod in rupe erat excauatum; alias enim periculum imminebat Choro maximum. Χαίροντες ſc. de mea calamitate, quemadmodum intellexit Preuoſtus, ſiue: *tam laeti ſarti tectique*, ſeu potius impune. Hoc praefero, atque eodem ſenſu ὅτε χαίρει in Sophocl. Philoct. v. 1335. Oed. Tyr. 371. et ibid. 305. γεγηθὼς eadem ratione occurrit. ὑβρίζειν ὄντα, *nichtswürdige, niederträchtige*, hoc enim puto conuicium eſſe, quo Cyclops eos afficiebat, qui adeo miſerias irridebant, niſi forte placuerit ad infirmitatem referre, quemadmodum τὸ ὑβρίζειν εἶναι vſurpari poſſe non ignoratur, *ihr armen elenden Geſchöpfe*, vos minime effugietis me potentiorem. Cui quidem ſenſui propius accedere videtur Brodaeus, dum ita reddit: *e veſtigio a me interficiendi.* φάραγξ proprie de terrae cauitate dicitur, (Cyrill. Mſ. apud Biel. κοῖλον μεταξὺ ὀρέων χάσμα) Heſych. κοίλωμα, τάφος, h. l. σκόπελος, κοιλότης τῆς γῆς. Alibi τὸ τῆς γῆς βάραθρον, ὅπερ, ὅταν ὕδωρ δέξηται, ἀφανίζει αὐτό. Suid. Alibi ſcribitur, φάρυγξ, vt idem Suid. monet. Haec deſumta ſunt ex Schol. ad Ariſtophan. Equit. v. 248. quem locum neque a Kuſtero neque alio interprete allegatum video. ἐναρμόζειν, accommodare, admouere, diſponere manus, regere manibus. Non male Stiblinus: *his obſepiam manibus*, et quoad ſenſum Brodaeus: *vt vos exitu prohibeam.*

v. 664—671. τί χρῆμα, pro ſimplici τί, de quo iam alio loco diximus. αὐτεῖν quiritare (Ariſtophan. Lyſiſtrat. 718.) i. q. βοᾶν, κράζειν. vnde αὐτή, clamor, rumor, apud Homerum aliquoties. Euſtath. Homer. Il. v, 50. Suid. φαίνεσθαι hic idem quod alibi βλέπειν, ἰδεῖν, *du ſiehſt erbärmlich aus.* En egregium ſolatium! ἄθλιος, *non ſolum formam triſtem habeo, verum etiam miſer ſum praeterea.* Chorus, qui neſcire ſimulat, quaerit, num in carbones inciderit ebrius. εἰς μέσους, hoc nullam emphaſin habet. Sic ſupra v. 7. ἔτις, hoc enim ſibi Vlyſſes nomen tribuerat. vid. ſupra v. 546.

Igi-

Digitized by Google

Igitur hinc patet, Cyclopem non optima ſuſpicatum fuiſſe atque ab Vlyſſe exſpectaſſe, quod iam ſupra animaduertere licuit. Multa ad Homeri l. l. v. 366. diſſerit Clark. ad quem Erneſtius, quae de Gifanii aliorumque verſione latina vocis ὅστις dicantur, argutias eſſe dicit. Accuſatiuum Homerus fecit ὅστιν vt forma nominis proprii legitima eſſet: quae non eſſet, ſi ὅστινα dixiſſet etc. οὐκ ἄρ' ὑδεὶς ἠδίκει. Reiskius: ὑδείς σ' ἠδίκει. Minime, potius ſcribendum ὑδείς σ' ἠδίκει, quemadmodum iam video Battierium, cuius ſupra mentio eſt facta, emendaſſe, ipſe enim putat pronomen ſine dubio excidiſſe, quod, quam facile fieri potuerit, nemo non intelliget, inprimis cum σ antecedat. Igitur, chorus dicere vult, *non debes querelas fundere, ſi nemo te iniuria affecit.* τυφλῶν, alibi ἐξομματῶν, excoecare, quanquam hoc verbum, vt obiter moneam, alibi etiam contrarium ſignificatum habet, facere vt aliquis cernat. vid. Bergler. ad Ariſtophan. Plut. v. 638. ὦ δῆ σὺ, iratus optat, vt Chorus ipſe coecus fiat, vel etiam nihil aliud eſt niſi: *quemadmodum tu ipſe nunc coecus es, ſi fortasse licet non vides me coecum eſſe*, quod praetulerim. τυφλὸν pro ποιεῖ τ. i. q. vno voc. τυφλῶν paulo ante, vid. Heſych. Eckhard. Annott. Homer. Phil. ad N. T. pag. 126. Wolf. Cur. 1. Cor. 9, 18. pag. 433. 1 Tim. 2, 12. Sic Geneſ. 4, 14. Iob. 7, 19. Pſ. 18, 5. θείη, *wer ſollte dich denn blind gemacht haben?* πῶς σύ; τίς σ' ἄν. — Sic Ed. Ald. Stiblin. Sed Canterus emendat: πῶς σ' οὔτις ἄν, eumque ſequitur Barneſius, Duportus, licet (iudice Barneſio) ſenſum non ſit aſſecutus, verſui tamen hoc modo conſulebat: κοὐ σὲ πῶς τὶς ἂν θείη etc. σκώπτειν, quod etiam in vernaculam linguam receptum eſt, i. q. λοιδορεῖν, infra γελᾶν, paulo ante ὑβρίζειν, ὑβρίζειν enim eſt ex petulantia aliquem iniuria contumelioſa afficere, dictis aliquem mordere, riſui aliquem exponere, iocari, atque opponitur ei, qui ſerio aliquid perpendit, cum aliqua re verſatur, vt Ariſtophan. Plut. v. 557. vbi iungitur cum κωμῳδεῖν, quod ſynonymum eſt, atque in Timaei Lex. Platon. explicatur per σκώπτειν, cui opponitur σπουδάζειν.



Digitized by Google

δάζειν. Alias pro noſtro ὑβρίζειν occurrit rarius δεινάζειν, quod per illud vertitur a Schol. Sophocl. Antig. v. 777. ad quem locum vid. Cel. Brunck. Caeterum ὑβρίζειν interdum etiam notat lasciuire, vnde Gregor. explicat per σκιρτᾶν. vid. Koen. ad Greger. Corinth. p. 255. πῶς; vt in Ariſtoph. Veſp. 1331.

v. 672—675. ὀρθῶς ἐκμανθάνειν accurate, recte intelligere, vt ſupra v. 143. σαφέστερον μανθάνειν. μιαρὸς, ἀκάθαρτος, Suid. μιαροί, ἀνδῶς, βδελυκτοί. hinc omnino ſceleſtus, atque de eo dicitur in Ariſtophan. Nubb. v. 450. qui patrem verberat. Sic aliquoties in aliquo loco Ariſtophan. Pac. occurrit, quem attulit Suid. in v. μιαροί. Sic etiam in Xenoph. Cyrop. I, 3. 11. Sophocl. Antig. v. 746. Lucianus in Dialog. mar. Cycl. et Neptun. habet: ὁ κατάρατος κατεσοφίσατό με τῷ ὀνόματι, qui locus et infra nobis proderit. Iam de illo κατέκανεν variae ſunt Interpretum ſententiae. Scaliger legit κατέκαε, ſed Florens, qui κατέκανεν in fine iambici verſus conſiſtere poſſe negat, affert quidem Canteri emendationem κατέκλυσε, quod, ſi rectum ſit, idem eſſe notat, ac *impleuit, inebriauit et madidum fecit*, verum ſeſe aliud quid comminiſci malle profitetur. Barneſius ſatis dextre exiſtimat a Duporto verba hoc modo diſpoſita: ὁ μιαρὸς, ὃς κατέκανεν ὀὺς τὸ πῦμά μου. Reiskius acute (vt Musgrauius opinatur) vidit, reponendum eſſe verbum ad luctationem pertinens. Ipſe vult emendare κατέκλασε (vt Lucian. de Gymnaſ. Tom. II. p. 888. ed. Blacv.) quod eo aptius eſſe cenſet, quia de iis etiam adhibeatur, qui inebriari incipiant, nec integras adhuc vires prae temulentia habeant. Plutarch. μέθῃ κατα κεκλασμένος Opp. Mor. p. 1059. ed. H. Stephan. Caeterum Reiskius legit κατέκλινε, humo proſtrauit, quod verbum eſt e palaeſtra petitum atque verſu ſequente 674. ex ipſius ſententia confirmatur. Si placuerit emendare lectionem vulgatam, equidem certe praefero Canteri emendationem modo laudatam. κατακλύζειν (fere i. γεμίζειν οἴνῳ) enim bene dici poteſt de eo, qui inebriatus eſt, atque reſpondet noſtro, quod in plebeio ſermone non ignoratur, *einen beſäufen*. Verum, vt ingenue fa-

Digitized by Google

fatear, sentio nescio quid incommodi in verbis ὁ μ. ὄν, μοι δὺς τὸ πῶμα — κατέκλυσε. Praeterea cum Cyclops omnem ambiguitatem e medio tollere, atque accurate Choro significare velit quid acciderit, et quis hoc malum ei inflixerit, vix dubitare possum de vocabulo κατέκαυσε. Nam ad illud iam responderat, quisnam damnum intulerit, nunc opus est, vt significet, quomodo et quid acciderit. Vidimus autem supra, Chorum interrogasse, num inciderit ebrius in carbones, quod oculo igne orbatus fuerit. Hic certe ad accuratam rei totius notitiam requiri videtur illud responsum, *idem ille sceleſtus hoſpes me vſſit offerendo poculo*, aut: *idem ille, qui pocula miniſtrauit, me vſſit. Ergo non in carbones ebrius incidi. Homo ille oculum exuſſit.* Sed tamen κατέκλυζε Canteri propter sequentem versum admodum aptum est Δεινὸς γὰρ οἶνος etc. Praeterea cum iis bene congruunt quae supra legimus vv. 420. ſſ. 452. ſ. 501. 567. ſ. 570. 573. Profecto haereo adhuc dubius, quid de h. l. statuendum sit, vnde nec Florens certi quid ad medelam loci afferre ausus est. Elegans autem (quam Musgrav. vocat) personarum distributio, quae Reiskii ingenio debetur nec mihi improbatur. Is enim v. 674. Choro, non, vt in omnibus libris fit, Cyclopi tribuit. Non dicam ridiculum videri, Cyclopem ebrium sententiam prouerbialem in eo, quo nunc versatur, statu, proferre, sed, si recte sentio, deesse aliquid videtur, quod a Choro exspectandum erat. βαρὺς παλαίεσθαι, i. e. ὑ ἐμοὶ δύναται παλαίεσθαι. Vulgata versio in margine ed. Stiblin. adscripta habet: *ad luctandum grauis* (sc. res est vinum) sed Stiblin. reddit: *superare difficilis.* Barnesius in nota: *Luctator doloſus eſt.* παλαίω, proprie est luctor, certo palaestra, vnde παλαιστὴς, ἀντιγωνιστὴς, h. l. παλαίεσθαι omnino, i. q. πιπόθαι. Preuostus vertit: *Le vin eſt un dangereux luteur.* Iam versus sequens rursus adscribendus Cyclopi, quod rei natura docet. *Per Deos*, (subintell. dic quaeso,) *effugerunt ne an intus sunt?* ἦ μένουσ' ἢ. Ita Mss. Stephan. Ed. Stiblin. Florent. aliaeque. Verum in ed. Ald. deest ἦ. — μένειν h. l. *esse*, *commorari.* δόμων, ἄντρων.



Digitized by Google

v. 676—682. Nunc Chorus respondet: σιωπῇ (vt supra v. 426. σιγῇ, quemadmodum in Med. v. 41.) λαβόντες, *occupant tacite antrum* s. petram. ἐπήλυγα, hoc videtur epitheton ornans esse, *rupem obscuram et nigram et veluti caligine obductam*, i. e. ἐπιλυγαίην. Sic Florens Christian. — ἐπήλυξ, vnde etiam Barnesius deducit, qualem tamen vocem formari vetat, (vt Musgrauius putat,) analogia, est obscurus, opacus, vmbrosus. Nam ἠλύγη Suida monente est τὸ σκότος τῆς νυκτός. καὶ ἠλυγισμένον, τὸ ἐσκιασμένον (seu potius ἐσκοτισμένον, quod legitur in Schol. Aristophan. Acharn. 683. vnde Suid. sua descripsit.) Idemque Suidas habet hanc glossam: ἐπηλυγάζονται, ἐπισκιάζονται, ἐπικρύπτονται. καὶ ἐπηλυγάζοντες, καλύπτοντες, σκεπάζοντες. ἐπηλυγασάμενος, σκεπάσας, καλύψας, ἠλύγη γὰρ, ἡ σκιά. — Musgrauius nostrum ἐπήλυγα Accusatiuum pluralis esse censet, quod non absurde explicari posse putat, ἐπισκίασμα. λαβόντες τὴν πέτραν ἐπισκίασμα, *rupem pro vmbraculo habentes*. Idem fere (ex eius sententia) est ἐπηλυγασάμενοι Aristotel. Histor. Animal. L. X. 10. atque Hesychius in glossa ἐπηλυγὰς, ἐπίπροσθεν ad h. l. fortasse respexisse videtur. Reiskius ad h. l. notat, ἐπήλυγα significare obumbraculum, κάλυμμα, tegmen, ac construendum esse cum sequente ποτέρας τῆς χειρὸς, tegmen cuius manus? Hinc idem intelligi posse putat, quare Hesychius ἐπήλυγα interpretetur ἔμπροσθεν, alias legendum esse ποτέρᾳ scilicet μερίδι. Eiusdem Reiskii verba ad v. 678. conscripta addere liceat: „In vet. ed. non „est τοι, malim igitur ἐν δεξιᾷ. *Cyclops.* πῦ δή? *vbinam ergo?* „vel πῦ, πῦ, vt primum πῦ sit Cyclopis, vbinam sunt? alte„rum Chori inuicem interrogantis, more attico: *visne me „tibi dicere vbinam illi sint? sunt a dextra.*“ Scilicet Barnesius syllabam τοι sensui commodam et versui necessariam adiecit, deficit enim vna syllaba. Eandem ob causam Musgrauius pro simplici πῦ legendum putat πῦ, πῦ, quod ego praetulerim, facilius enim in repetitione voc. πῦ, alterum πῦ excidere potuit, atque perquam commode. Idemque monet Scaligero placuisse: Χορ. ὦ τῇδ'. Κύ. ἐπὶ τῇδ' εἶπας — sed re-

cte

Digitized by Google

cte vulgatam defendi a Barneſio. Nimirum vulgo verba ἐ τῇδ', aſſignari ſolent Cyclopi, non Choro. Barneſius Scaligero non aſſentitur. Poſtquam enim (verba ſunt Barneſii) Cyclops fruſtra Ithacenſes quaerendo cranium fregerat; et Chorus dixit, illos iam hinc fugiſſe, is male mactatus reſpondet: Οὐ τῇδ', ἐπεὶ τῇδ' ἅπας. Iam v. 679. occurrunt haec: κακὸν πρὸς κακῷ, ein Uebel über's andre, ſic loqui amant Graeci, vbi indicare volunt malum ſeu infortunium augeri. Sic Sophocles in Aiac. Lorar. v. 876. πόνῳ γε πᾶσος, pro quo potuiſſet dicere πόνος πρὸς πόνον, ad quem locum Brunck. V. S. in nota allegauit noſtrum locum. Simili modo Paulus in Epiſtola ad Philipp. c. 2. fin. ſcribit ſibi a Deo beneuolentiae documentum exhibitum eſſe ſanitate Epaphroditi reſtituta, atque nunc addit ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπῃ σχῶ. Sophoclis Philoctetes conſpecto Neoptolemo exclamat: Ὦ μοι· κακὸν τὸ χρῆμα· μῶν τί μοι μέγα Πάρεσε πρὸς κακοῖσι πέμποντες κακόν; (v. 1265. ſ.) πρὸς κακῷ, τῇ τυφλότητι, altera ad priorem calamitas acceſſit. Sic Brodaeus παίσας, Reiskius πτίσας, ceſpitans. Ego retineo vulgatam. παίειν, τύπτειν, πατάσσειν. Phauorin. et Heſych. κατάγνυμι, frango, vt in Ariſtophan. Veſp. 1428. vbi cum Genitiuo conſtruitur. Sed ibi recte cum Florente Chriſtiano intell. de vulnere graui capitis eius, qui curru exciderat, quippe inſciens artis equeſtris (μέγα σφόδρα κεφαλῆς κατεάγη.) Barneſius: κατέαγα attice pro κατῆγα. — Caeterum de hac forma copioſiſſimus eſt Cel. Brunck. ad Ariſtophan. Acharn. p. 101. ſ. v. 945. πῇ γάς; γάς h. l. interrogat vt alibi. vid. Viger. l. l. p. 478.

v. 683—691. οἵ μοι· γελῶμαι. κ. τ. λ. Simili modo clamat Antigone Sophocl. v. 838. ſ. οἵ μοι γελῶμαι. τί με, πρὸς θεῶν πατρῴων, ὑβρίζεις. κερτομῶν, ſupra σκώπτειν, alias χλευάζειν, ἐνθρίζειν, cum Accuſatiuo iungitur. vid. Suid. in h. v. Schol. Homer. Odyſſ. θ, 153. η, 17. reddit h. v. per χλευάζειν conviciari. Heſych. vertit per ἐπισκώπτειν. Vett. Gloſſae habent: increpitare. Hinc κερτομία conuicium Sophocl. Antig. v. 956.



Digitized by Google

vid. Cel. Fiſcher. Anacr. Od. 8, 7. Caeterum h. verbum etiam Helen. v. 625, 1245. legitur. Ἀλλ' οὐκ ἔτι, *non amplius hic, ſed ante te eſt ille hoſpes nefandus.* Brodaeus poſt ἔτι ſupplere vult: περιάγουσί σε. Vel etiam ſubintelligi poteſt: κεκτομῶν σε θέλω. *Nein — jetzt im Ernſt geſprochen.* Vnde Preuoſtus bene: *Non ſerieuſement — ſcais — tu qui eſt devant toi? perſonne.* Recte Musgrauius cum Florente ὅστις legit pro ὅστος, quod etiam vult Reiskius. — παγκάκιστε omnium peſſime. Attici valde amant hoc compoſitorum genus. vid. Pollux 16, 162. Sic πάγκαλος, pulcherrimus, Ariſtophan. Plut. 1018. τηλοῦ, πόρρω, Schol. Ariſtophan. Nubb. v. 138. φυλακαῖς φρυρῶν fere i. q. ſimplex φρυρῶν vel φυλάσσειν, Suid. φρυρᾶ, φυλάσσει. φρυρά, φυλακή. δῶμ', ſic ed. Ald. Stiblin. Sed Edd. recentiores habent τῶμ' (nec discrepat, Musgrauio monente, Mſ. E.) quod praefert quoque Barneſius. Simili modo pro σώματα Scaliger legit δόματα in Herc. fur. v. 825. vbi vid. Barneſ. Forte quoad ſenſum etiam non male ſcripſeris ὄμμ'. Nam φρυρῶν ὄμμα dicitur qui quaſi excubias agit, diligenter aliquid obſeruat. vid. Cel. Gedike ad Sophocl. Philoctet. v. 151. ſ. p. 104. Caeterum nolo repetere quod iam ab initio huius fabulae monui, τῶμα ſaepiſſime περιφραστικῶς adhiberi, addam adhuc V. S. Brunck. ad Sophocl. Oedip. Tyr. v. 643. T. I. pag. 380. et Cel. Gedike ad Sophocl. Philoctet. v. 172. pag. 108. μεταβαλὼν mutato nomine ſc. priore ὅτις. ὁ φύσας με, pro ὁ πατὴς μου, qui genuit me. Sic Veſp. Ariſtophan. v. 1472. Ac ſaepius quidem pater apud Euripidem dicitur ὁ φυτεύσας, φυτεύσχος, ἀρσὴν κ. τ. λ. quoniam Noſter poëta patri vt originis auctori omnia debere liberos ſtatuit, matri autem nihil praeter nutrimenta, quam inſtar ſemen recipientis conſiderabat. conf. Valckenar. Diatrib. c. 4. p. 28. Oreſt. 551. Androm. v. 49. Ὀδυσσέα, Reiskius legit: Ὀδυσσεῖ, ᾧ cui. δίκας διδόναι, ſaepiſſime occurrit in Euripide noſtro, v. c. Helen. 927. Herc. fur. 756. Iphig. Aul. 384. Med. 1298. Cycl. 421. ἀνορ. δ. quatenus non homines tantum ſed hoſpites deuorauerat, eo-

dem-

Digitized by Google

demque ſenſu ſupra occurrebant δεῖπνα ἀνόσια v. 31. κακῶς, i. e. ματαίως, *das wäre ſchlecht, wenn ich Troja in Brand geſteckt hätte, und doch meiner Freunde Mord nicht rächen wollte.* Hoc mihi profecto non eſſet honori, hoc mihi gloriam non compararet. Vnde Francogallus Interpres: *Vainement me ſerois je glorifié d'avoir etc.* τιμωρεῖσθαι, vlciſci, κολάζειν, teſte Ammonio, ſed τιμωρεῖν eſt βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, τιμωρῶ τῷ φίλῳ, ἀντὶ τοῦ βοηθῶ, τιμωροῦμαι τὸν ἐχθρὸν, ἀντὶ τοῦ κολάζω. Idémque monet Thomas Mag. qui addit, illud verbum raro pro κολάζειν et τιμωρεῖσθαι pro βοηθεῖν obuium eſſe in poëtis. vid. etiam Etymolog. M. Plura monuit de h. v. Kuſter. de Verb. Med. p. 99. ſ. ἑταίρων φόνον. Hic habes, quid ſit ἀνοσίῳ δαιτὸς δίκη v. 689.

v. 692—696. Χρησμὸς ἐκπεραίνεται, (quod in N. T. libris eſt τὸ προειρημένον, ὃ προεφήτευσε hic, ille, πεπλήρωκε, ἐπληρώθη). Sic in Euripid. Ion. 785. Nam χρησμὸς eſt oraculum, reſponſum a Deo datum, i. q. προφητεία, per quod Suidas exponit, atque legitur etiam in Ariſtoph. Ran. 1033. Equit. 61, 109. Plut. 51, 55. ἐκπεραίνειν ad finem perducere, finire, v. c. βίον ἐκπεραίνειν Herc. fur. v. 428. vt ſimplex περαίνειν, i. q. τελεῖν, ἀναπληροῦν, a πέρας, i. e. τέλος, alibi etiam vſurpatur pro concludere aliquid ex praemiſſis, *Syllogismen machen*, quin adeo pro ſimplici narrare, exponere aliquid, rem expedire vt Ariſtophan. Plut. v. 648. 563. Ran. 1170. 1283. vnde Schol. D'oruill. περαίνω recte interpretatur per ἀποδείκνυμι. Hinc περαίνεσθαι et ἐκπεραίνεσθαι, euenire, perfici, vnde Ariſtophan. in Veſp. v. 799. dicit τὰ λόγια περαίνεται, pro quo Homerus dixiſſet τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται. Sic etiam in Phoenn. v. 1697. νῦν χρησμὸς Λοξίου περαίνεται. ἔφη, προεφήτευσε. με ἐκ σέθεν (σοῦ) χρῆσιν τ. ὄ. *me per te lumine orbatum iri*, ſ. *te mihi exciſurum eſſe oculum.* Sic nuncius in Euripid. Hippolyt. dicit Theſeo, ſe audiuiſſe Hippolytum ἔχειν ἐξ αὐτοῦ τλήμονας φυγάς. ἀφορμᾶσθαι ſimpliciter, i. q. abire, vt Euripid. Med. v. 1237. et Homer. Od. β, 748.

Digitized by Google

748. ſ. ſoluêre nauem, vt l. l. v. 375. Nam in h. l. Homeri de nauigatione eſt ſermo, quod ex v. 370. apparet. Eodem modo adhibetur ἀφορμᾶν in Euripide, v. c. Rheſ. 98. Troad. 939. Buddeus notat ἀφορμᾶν eſſe proficisci, ſed ἀφορμᾶν enauigare; ſed dubito, an hoc discrimen, non dicam vbique, ſed plerumque adhibeatur. δίκας ὑπέχειν, *poenas dare*, centies occurrit apud Diogen. Laert. Plutarch. Aelian. aliosque, atque Wetſtenius in N. T. edit. T. II. ad Epiſt. Iud. v. 7. ex Demoſthene, Polybio, Sophocle aliisque, nec non ex hoc ipſo loco noſtro hoc verbum illuſtrauit. Sic etiam Hecub. 1253. Andromach. 358. Electr. 698. legitur. Varinus habet hanc gloſſam: ὑπέχε δίκην, Ἀττικῶς, τὸ δὲ παρέχε, βάρβαρον. ἐθέσπισε, antea ἔφη. θεσπίζειν, (Iphig. Taur. 1013. Helen. 147.) alibi θεσπιῳδεῖν (Phoenn. 966.) vel χρησμῳδεῖν, oracula edere, vaticinari, ſed interdum etiam eſt idem quod νομοθετεῖν. Suid. θεσπίζω, νομοθετῶ. θεσπιῳδῶ, χρησμολογῶ. ἀπὸ τῶνδε, *dafür, zum Lohn dafür.* ἐναιωρούμενοι, *iactatum per maria.* (Suid. αἰωρηθέντες, μετεωρισθέντες). Nisi fallor, eſt i. q. κλυδωνιζόμενοι. Nam κλυδωνίζεσθαι eſt a fluctibus agitari atque dicitur de iis qui per maria errant, illuc huc iactantur. De h. v. egi copioſius in Diſputat. ad Epheſ. c. 4, 14. p. 13. Iam quod oraculum illud attinet, legimus eius partem priorem in Ovid. Metamorph. Lib. XIII. v. 771. *Telemus Eurymides quem nulla fefellerat ales Terribilem Polyphemon adit; lumenque quod vnum Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Vlyſſes.* Sed ibidem legitur: *Riſit* (Polyphemus) et *O! vatum ſtolidiſſime, falleris*, inquit: *Spernit etc.*

v. 697—699. Nunc reſpondet Vlyſſes κλαίων σ' ἄγωγα, ſupra v. 173. κλαίων κελεύω. Simili modo Cyclops v. 318. χαίρων κελεύω, et haec ipſa verba noſtra adhibet v. 339. vbi plura monuimus. Suidas: ἄγωγε, παρεκελεύσατο. Addere liceat eiusdem gloſſam hanc: κλαίων ἐῶσι, καταφρονοῦσι, παρ' οὐδὲν λογίζονται. Difficiliora ſunt verba ſequentia: δέδοχ' ὅπως λέγω, ſic ed. Ald. Stiblin. Brodaeus: *et vt dico, video.*

Iam

Digitized by Google

Iam quid dixerat Vlyſſes, partim (v. 691.) non fore ſibi honori, niſi ſociorum necem vltus fuiſſet, partim ſe iubere illum plorare, ad vtrumque referri poſſe videtur. Ergo nunc ſenſus erit vel: *video*, *vt dico* ſ. *quod dixi*, *me vere vltum eſſe ſociorum mortem*, vel: *video*, *quod dico*, ſcilicet, *te plorare*, aut ſi malueris retinere ſignificationem huius formulae ſupra notatam, (*contemno*, *nihili te aeſtimo*) ſenſus erit: *video vt dico*, *te non amplius damnum inferre mihi poſſe*, *quippe lumine orbatum*. Forte etiam hic ſenſus ineſt hisce verbis, *ego video vt loquor*, i. e. tam bene certoque viſu fruor ac loquela. Neque vero nemo intelliget maxime acerba eſſe iſta; ſic enim Cyclops denuo ſummam miſeriam ſentiebat. Reiskius nihil ſollicitat in h. l. — ipſe quoque, quod non ſine laetitia legi, ſenſum eundem mecum reperit in his verbis, quem paulo ante indicaui. Ita enim ille: „*Video vt dico*, id eſt, „video te talem eſſe, qualem modo te optabam eſſe id eſt, plo„rantem. Iubeo te plorare et miſerum eſſe, et video id ipſum tibi „contigiſſe.“ Scaliger ſcribit: „*κῳ δεδοχότων λέγω*, plane ita „olim in ora libri annotatum eſt ante 31 annos.“ Caſaubonus ſuſpicatur *κῳ δεδοχότων λέγω*. „Acutiſſima (monet ille) ſen„tentia. Quum Vlyſſi Cyclops venturas ei calamitates prae„diceret: ipſe reſpondens, *iubeo*, inquit, *te flere*; *atque hoc* „*ſaluis oculis dico*. Non poterat amariore ioco hoſti victo „atque excaecato inſultare. *δεδοχότων* a *δεδοχώς*, vt *δεδοι„κότων* a *δεδοικώς*; ſic *λελῃθότων*, *πεποιθότων*, et ſimilia apud „poëtas. Sed et vulgata ferri poteſt, ſi ita exponas: *opto* „*tibi infortunium*: *nec ſolum verbis*, *vt tu facis*: *ſed ſimul* „*voluptate fruens*, *quod mala*, *quae tibi opto*, *euenisse iam* „*video*.“ Denique Musgrauius e MSS. E. G. dedit: *δέδραχ'*, *ὅπερ λέγω*, *quod dico*, *vt ita eſſet*, *effeci*. Hanc lectionem praeſtare putat illi a Caſaubono prolatae emendationi. Sane mutationes omnium Criticorum, quos memoraui, ita leues ſunt, vt et ipſe, ſi opus eſſet, aliquam lubenter receperim, quanquam alias anxius ſim in emendando textu Graeco. Si verum profiteri licuerit, praeplacet Caſauboni emendatio, ſi

Digitized by Google

si alias sensum eius in vulgata lectione reperire non potes, qui perquam aptus et Vlyssi acerbo hosti accommodatus videtur. Eodem modo intellexit Brumoeus, idemque mecum de Casauboni emendatione sentit Barnesius. Caeterum Suidas habet haec: δέδορκεν, ὁρᾷ, βλέπει. ἥμι, pro futuro h. l. positum est, quod saepius apud SS. optime Graecos occurrit. Veteres Grammatici testantur, ἥμι cum compositis plerumque tanquam futura adhiberi. vid. Cel. Fischer. ad Welder. Gr. Gr. pag. 235. et Plat. Phaed. p. 282. Sic etiam in Xenoph. Cyrop. III, 3, 31. ἀπίωμεν, vnde minime recte Hutchinson. Enallagen reprehendit in l. l. vbi in fine ἔξιμεν cum κατακρουσόμενοι iunctum legitur. *Deducam* (*traham*, Brodaeus) *nauem*, (σκάφος νεὼς vid. quae supra ad v. 85. monuimus) *in mare Siculum*. ἧσαν, πέμψων. Suidas. Hic igitur diserte distinguuntur ἴημι et ἥμι, antea erat tempus praesens, nunc futurum, quemadmodum in Xenophontis loco modo laudato. Siculus Neptuni filius, post Sicanum, Siciliae (quae et Trinacris) Rex, huic insulae nomen dedit, haec insula mari sibi contermina: Siculum autem mare, angustum atque praeceps alterno cursu, modo in Thuscum, modo in Ionium pelagus influit; vorticosum autem est, et Scyllae et Charybdis fabulata saeuitia famosum. Hinc Ovid. Metamorph. 7. 63. Ratibusque inimica Charybdis Nunc sorbere fretum, nunc reddere, cinctaque saeuis Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo. Et Vlyssis sane pericula et sociorum amissionem et labores in hoc mari exantlatos Homerus describit Odyss. μ. (233. ff. 408. ff.) *E notis Barnesii. Nunc littora petam nauique per Siculum mare ad patriam meam proficiscar.* Hoc autem ita expressit poëta ἥμι — πρὸ ἧσω — ἔς τ' ἐμὴν πάτραν.

v. 700—703. Iratus Cyclops respondet: ἦ δῆτ' *profecto non* sc. saluus atque incolumis e terra mea ad paternum solum nauigabis, *quippe ego hac petra auulsa, te cum ipsis sociis comminuam.* ἀποξήξας πέτρας, Musgrauius confert Apol-

Digitized by Google

Apollon. Rhod. L. IV. En rursus vides Cyclopis fastum, atque simul poëtae consilium, quo aliquid portentosi sermoni Polyphemi immiscet. Petram Aetnaeam abrumpere vult Cyclops cumque ea petere Vlyssem ac socios, omnesque comminuere! Stiblin. reddit: *nam de petra hac reuulso fragmine.* Florens: *rupis huius fragmine.* Hoc quidem minus est, sed tamen res eodem redit. Barnesius quoque subaudit: ἀποκόμματι. συντρίβων, confringere, alibi h. v. vsurpatur de naui fluctibus ac tempestate maris quassata, pro quo alibi διαλύων, quod minus est quam συντρίβων. Occurrit h. v. etiam in LXX virali versione pro Hebraico שבר, atque de naui legitur in Ionae c. 1. v. 4. ad quem locum plura disputauimus de h. v. in Specimine Curar. Crit. et Exeget. primo, p. 12. s. Canterus Nov. Lect. L. II, c. 21. συναύτησι vnico verbo legit, vt et alias supra v. 412. et post 704. Ridiculum sane spectaculum, hominem oculis orbatum petere velle alios. Vnde addit ἄνω δ' ἐπ' ὄχθον ἴμι καίπερ ὢν τυφλὸς, et *sequar*, *persequar vos* (Stiblin. *arripiam*). ποδί, pede, alias prorsus πλεονάζω, quod nec alibi ignoratur. Sic in Euripid. Suppl. v. 90. illud ποδὶ nullam habet relationem ad modum, quo Theseus, cuius ibi fit mentio, venerit, siue equo siue carpento siue pedibus. Simili modo ποδὶ et πόδα Hippolyt. 666. Herc. fur. 336. Orest. 1217. Act. Apostol. 5, 9. Iesa. 52, 7. coll. Rom. 10, 15. Haec debeo Marcklando, qui ista ad l. l. Suppl. notauit. Plura exempla addere facillime possemus, si pluribus opus esset. Sed h. l. nisi omnia me fallunt, ποδί non est superfluum, sed modum indicat, quo per ἀμφιτρήτην vult sequi. Quis vero non videt rursus aliquid portentosi et ridiculi, (si scilicet ἀμφιτρήτην de mari intelligere placuerit) quod nuper etiam omnes haud dubie sentiebant, cum ex Ephemeridibus cognouissent, quendam hominem pedibus velle Tamesim traiicere. Hoc igitur in h. l. debebat maximam spectatorum admirationem sed et risum excitare. Ἀμφίτρητον, τὸ ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τετρημένον ἄντρον. ἀμφιτρίτη δὲ, ἡ θάλασσα. Suidas. ἀμφιτρήτης ὑπερκα-

Digitized by Google

ὀπαιαὶ occurrunt apud Nonnum (Paraphr. Ioann. pag. 138. ed. Nanſii) oculi ſ. orbes oculorum ex vtraque parte capitis perforati. Ἀμφίτρητον legitur in Sophocl. Philoctet. v. 19. vbi Vlyſſes Neoptolemum hortatur, vt diſpiciat, vbinam ſit petra, quae ita pateat gemino oſtio, vt hieme vtraque ſedes excipiat ſolem, ſed aeſtate *antrum vtrinque apertum* perflans aura ſomnum inire ſuadeat, δι' ἀμφιτρῆτος αὐλίου. Ad quem locum forte reſpexit Suidas, ſi vel gloſſam emendare non placuerit Ἀμφιτρῆτος, τῷ — τετρημένον ἄντρῳ. Cum haec ſcripſiſſem, magis adhuc coniectura aucta eſt inſpecto Scholiaſta ad h. l. qui fere ipſiſſima illa verba habet. Non accurate Stiblin. vertit: Perque *Amphitriten* pede ſulcans etc. Amphitrite enim ex quorundam opinione proprie erat Oceani et Thetyos filia, dea marina (Apollodor. L. I. c. 2. §. 2.). De variis huius nominis etymologiae ſententiis, quae forte aliquid ad illuſtrandum v. afferre poſſunt, vid. Schol. Oppian. et Gyrald. Syntagm. V. p. 167. Sane non ignoro per Amphitriten Veteres intellexiſſe ipſum mare (vid. Natal. Com. Mythol. L. II. c. 8. Ovid. Metamorph. l. l. v. 14. ibique Interprett. ſed h. l. haec imago locum non habet. Brodaeus corrigere vult δι' ἀμφιτρήτης, pro ἀμφιτρήτος, vnde patet eum hanc lectionem inueniſſe in libris ſuis, atque explanat διὰ τῆς θαλάσσης. Sophocles: ὥτ' ἐς μέγαν θάλαμον ἀμφιτρίτας. Theocritus: ἢ τάχα τᾶς γλαυκᾶς κυμήλιον ἀμφιτρήτης. Adde Homer. Od. μ. v. 97. ἀγάσσονος Ἀμφιτρήτη, vbi vid. Schol. Musgrauius videtur h. l. ἀμφιτρήτης intelligere de petra, dicit enim, ſe, praeterquam in hoc Euripidis loco, ellipſin vocis πέτρας non obſeruaſſe, affertque ipſe etiam locum Sophocl. Philoctet. (v. 19.) et Schol. h. l. Neſcio, an ἀμφιτρήτη poſſit eſſe petra, quanquam enim anteceſſerat h. l. πέτρας v. 700. tamen nimis eſt remotum. Hoc igitur viris doctioribus relinquo. Malo potius, vt idem ſenſus conſtituatur, cum Barneſio legere ἀμφιτρῆτος, (pro ἀμφιτρήτης, quod Brodaeus intulit,) ex auctoritate Aldi, Stephani, Canteri, Scaligeri aliorumque virorum doctorum, nam et ipſe locus

et

Digitized by Google

et ſenſus et conſequentia loci probat, Cyclopem in rupe ſtare, iam de rupe loqui, et de rupe fragmentum in Vlyſſis nauem tandem proiecisſe, et per mare, ſi id quidem poſſet, non iam tamen ambulasſe; nec tale quid Homerus aut Euripides memorat. Idemque Barneſius de forma ἀμφίτρητος ὁ πρ ἡ, et ἀμφίτρης ὁ πρ ἡ, τῆ ἀμφιτρῆτος, fuſius diſputantem Stephanum in Annotationibus ad Euripidem et in easdem praefatione, allegat, affert quoque Sophoclis locum iam ſupra a nobis laudatum. Nullus dubito, quin, quam vltimo loco protuli, explicatio atque lectio vera ſit. Nimirum rem omnem in animo ſic concipio: Cyclops per antrum tranſire poterat, ita, vt in altera parte ad aliud maris littus peueniret, prope quod multas poſt ambages Vlyſſes cum ſociis nauigare debebat, hic igitur illos exſpectare, ſaxoque abrupto penitus comminuere volebat. Florens vertit: *biforem aulam*, atque ἀμφιτρήτης (quae ſit αὐλὴ) non ἀμφίτριτης legendum procul dubio eſſe, cenſet. Preuoſtus intellexit *de antro vtrinque aperto*, quemadmodum eſt accipiendum in Sophoclis l. l.

v. 704. 705. *Nos autem*, Chorus (Satyrorum vna cum Vlyſſe abducendus,) laetus addit, *cum Vlyſſe*, *duce*, τῆδε illo forti, probo et charo, *nauigabimus*, ex hac triſtiſſima) regione, *atque nunc rurſus — in poſterum*, τολοιπὸν, δηλεύσομεν Βακχίῳ *colamus Bacchum*, eius comites eſſe volumus. Nam δηλεύειν h. l. non eſt accipiendum ſenſu illo malo. Neque enim ſeruitus erat, cum Baccho verſari eumque comitari. Statim ab initio huius fabulae ipſe Silenus, vbi queritur de triſti illo, quo ſub Cyclopis imperio ſtatu verſabatur, innuit, quaenam ſit δηλεία illa. vid. v. 76. ſſ. adde v. 428. ſ. συναῦται, non hic ponitur (vt Barneſius monet) pro ſimplici ναῦται quemadmodum ſupra v. 701. et v. 424. ſed pro συναυτολέμοι. τὸ λοιπὸν ſc. μέρος χρόνου. vid. Schol. Thucyd. I, 47. i. q. ἀπὸ τῆ νῦν, vt etiam Phauorin. explicat, vel εἰς τὸ μετὰ ταῦτα (Schol. Hippolyt. v. 33.) εἰς τὸ μέλλον (Schol. Pindar.



Digitized by Google

Pyth. v. 154.) vid. Cel. Fiſcher. ad Anacreont. Od. 1, 10. Krebſ. Obſſ. Flav. p. 58. Barneſius: τολοιπὸν vel iunctim, vel τὸ λοιπὸν diſiunctim legitur, ὡς τὸ λοιπὸν τῇ χρόνῳ, ſic τὸ πρῶτον et τοπρῶτον, et innumera eiusmodi. — Βακχίῳ δουλεύσομεν, poſthac ad Bacchi miniſteria vacabimus, tua Tyrannide liberati. Silenus autem et Satyri, cum Maenadibus, ſemper Bacchi comites habebantur; quia vinum plerumque ſaltationes et lasciuiam prouocat et ridiculas geſticulationes et proteruos iocos excitare ſolet. — Iam quod ad finem et exitum huius Dramatis attinet, quo animos lectorum et ſpectatorum afficit poëta, neſcio an aliquis contriſtatus abire poſſit, quamuis Cyclops profecto ſummam inciderit in calamitatem. Si enim v. c. aliquis in Shakeſpearii diuino dramate, quod Learii regis titulo inſcribitur, ſenem illum venerandum oculis orbatum videt, neſcio quis dolor animum penitus afficiat, ſed Cyclopi, ſi idem fatum triſtiſſimum accidere intelligimus, non dicam laetitia, ſed aequitas animi percipitur, qui ſaltem exitu Vlyſſis, ſociorum, Satyrorumque felici gaudet. Vix enim crediderim, cui aliquis ineſt probi rectique ſenſus, eum miſeria Cyclopis tangi poſſe, quem, qualis ſit, ex hoc dramate accuratius nouimus. Atque ni fallor, Euripides, quem in meo atque haud dubie aliorum etiam animo excitauit ſenſum, excitare vere voluit. Non poteſt non pectus gaudia ſentire, vbi intellexerimus, eiusmodi hominem ſceleſtum atque crudelem, qui nec Deorum nec hominum iura aeſtimat atque eiusmodi facinora patrat, quae a Polyphemo patrata legimus, tandem a prouidentia poenis meritis affici. Sic igitur diſcere poſſumus exinde, Deum iuſtum eſſe remuneratorem, qui omnibus, prouti decet, rependat, nec ſemper ac perpetuo ſcelera regnare ac victoriam de virtute ac probitate aliorum deportare ſinat. Nihil valet ſumma potentia, ſummumque robur ac imperium, tandem, licet interdum ſero, vindicta Numinis ſceleſtum perſequitur atque ab eo poenas poſcit. Lubentiſſime hanc ſententiam etiam aliis in locis accuratius ab Euripide noſtro pro-

Digitized by Google

propoſitam ac enarratam de prouidentia virtutis ſcelerisque vindicecopioſius pertractarem, ſi modo libelli fines deſtinati permitterent. Addere liceat Preuoſti ad finem dramatis noſtri ſcitam obſeruationem: *Je penſe qu'en diſant ces mots le Cyclope prenoit un chemin tout oppoſé a celui qu'il auroit du prendre pour atteindre Ulyſſe et ſes compagnons. Il y avoit ſans doute ici un jeu de theatre, qui n'eſt point exprimé dans la pièce, et qu'il eſt aiſé de ſuppléer. Du reſte ce drame ne peut pas être ſoumis à un examen ſérieux. Cette traduction jointe aux remarques du Pere Brumoy, ſouffit pour apprévier l'ouvrage et le genre.*



Digitized by Google

# INDEX VERBORVM MEMORABILIVMQVAE ILLVSTRANTVR ET EXPLICANTVR, IN NOTIS.


A.

Ἄγε, 626
Ἀγκάλη, ſemper in plurali apud Euripidem reperitur, nusquam in ſingulari. vid. Indic. edit. Euripid. a Celeb. Beck. curatae. Sic legitur in Cycl. 142
Ἄγνος, 576
Ἀγχοβώτας dor. pro ης ſic vocatur Cyclops 54
Ἀγώγιμος, 384
Ἀγῶγιος, ibid.
Ἀδάμας, 592
Ἄδικος, 26
Ἀθέμιστος, 116
Ἄθραυστος, 291
Ἀθρεῖν, 378
Ἀθροίζειν, ibid.
Αἰθήρ, 409. 625
Αἶνος, 201
Αἰτιατὸς πάγος, 95. Ὄχθος, 114. Κύκλωψ, 366. Ἥφαιστος, 595. vid. inprimis quae ad 394. pag. 157. de h. v. monuimus.
Ἄκος, 97
Ἀκούειν, pro obedire, 119. 120
Ἀκρατος, de ſomno 598. p. 225. de vino, 149. coll. 554. χάρις ἄκρᾳ. 573
Ἀκρέμων, (ἐλαίας) 454
Ἀλαίνειν, 79
Ἀλαλαγμός, 594. 65
Ἀληθες, accentu retracto, 240
Ἀλθαία, 39 p. 25 et 26
Ἀλίμενος, 348
Ἅλις, 303
Ἀλλὰ pro ſaltem, 648. Sic in Euripid. Ion. 425. 978. 1304. Med. 942. Oreſt. 1562. Heracl. 565. Herc. fur. 331. Ariſtophan. Thesmoph. 424
Ἄλλως, fruſtra, 354. Sic Ariſtoph. Equit. 11. Pac. 1113
Ἅλμη, 165. Ariſtoph. Veſp. 1515
Ἄλοχος, 305
Ἅλς


Digitized by Google

Ἅλς, mare, 16

Ἁλύειν, 433. vid. Perizon. ad Aelian. V. H. 9, 25. et Cel. Gedike ad Sophocl. Philoctet. 175

Ἅμαξα, 384. 471

Ἀμάβεσθαι, 311

Ἀμέλγειν, 388. 208

Ἄμεμπτος, 341

Ἀμερόκοιτος, dor. pro ἡμερ. 58. sed vid. not. ad 57. p. 34

Ἄμικτος, 428

Ἀμολγός, 208

Ἄμυσος, 425

Ἀμπίσχειν, 343

Ἀμυσίζειν, 562

Ἄμυσις, 416

Ἀμφήρης, 15. p. 14

Ἀμφιβάλλειν, 60

Ἀμφιτρής, 703

Ἀμφορεύς, 326

Ἀναγκαίως ἔχει, 32

Ἀναιδής, 588

Ἀναίδητος, ibid.

Ἀναύδητος, 330

Ἀνακαίειν, 382

Ἀνακύπτειν, 211

Ἀνανδρος, 305. viro carens, alibi est: ignauus, timidus vt Helen. 814

Ἄναξ, 103. 17. p. 16. ἄναξ κώπης, 86. Non soli Reges, sed cuiuscunque ciuitatis primores apud Veteres vocabantur ἄμακτες. vid. Cel. Brunck. ad Sophocl. Oedip. Tyr. 911. p. 386. ed. minor. ὦ ἄναξ differt ab ὦ ἄναξ, 289

Ἀναπίπτειν, 409

Ἀνάπτειν, 242

Ἀναπάζειν τινὰ dicuntur θέλλαι, Homer. Od. υ, 64. vid. Nostr. 109

Ἀνδροβρώς, 93

Ἀνδροκτόνος, 22

Ἀνέχειν, p. 87 et 88. 202

Ἀνίη, 587. 591. 459. 496

Ἀνηρές, 539. Aristoph. Au. 1093. Ran. 351

Ἀνθρακιά, 357 Aristophan. Equit. 780

Ἀνθρακεύεσθαι, 609

Ἄνθρακ, 373. 667

Ἀνθρώπιον, 184

Ἀνθρωπίσκος, 315. Aristoph. Pac. 751

Ἀνθρωποκτόνος, 127

Ἀνόσιος, 26, 31

Ἄντρον, 22

Ἄνω, κάτω, 210

Ἄξενος, 91. vid. de h. v. Barthium, Aduersſ. Lib. 34. c. 5. p. 1552.

Ἀπαίδευτος, 491

Ἀπαίρειν, 131

Ἀπάλαμνος, 594. p. 222.

Ἀπάλαμος, p. 223.




Digitized by Google

Ἀπαλλάσσειν, vel ἀπαλλάττειν, 596. 450. vid. Brunck. Ind. Aristophan. Suid. ἀπαλλάξας, ἀντὶ τῦ πέσας ἀποσῆναι.

Ἄπαξ, p. 224.

Ἀπεμπολᾶν, 254. Aristoph. Achern. 374

Ἀπηλιώτης ἄνεμος, 19

Ἀπὸ cum Genitiv. 107. 230

ἄπο, 230

Ἀποβώμιος, dicitur Cyclops, 364

Ἀποδιδόναι, vendere, 238. vid. Brunck. Ind. Aristophan.

Ἀποθλίβειν, 236. Alibi ἀποδαίρειν, verberibus caedere, Aristophan. Vesp. 1286. vid. Brunck. ad Nubb. 442

Ἀποκεκραδαίνειν, 431

Ἀπομύττειν, 265

Ἀπομυκτέον, 558

Ἀποσείλειν, 111. 466

Ἀποχρᾶν, 357

Ἅπτειν, nectere, 2) incendere 512. 3) Med. ἅπτεσθαι, 626

Ἀπωδάς, 488

Ἄραγμα, 204

Ἀρήγειν, 350. Aristophan. Thesmoph. 696. Plut. 476

Ἄρθρον, 621

Ἄριστον, prandium, 213. vid. Brunck. Aristoph. Indic. Aristophan. Lysistr. 790

Ἄρκυς, 195. vid. Suid.

Ἁρμόζειν, 459

Ἀρπάγη 33

Ἀρχιτέκτων, 475

Ἀσιαὶς, Ἀσιάδος πλατὺς ψόφος, 442

Ἀσκός, 145

Ἄσπετος, 611

Ἄσσον, 18. 294

Ἀσπὶς, 352

Ἄστυ, 277

Ἀτάρ, 84

Αὐαίνειν, vid. συναυαίνειν.

Αὐαφαίνεσθαι, ibid.

Αὐδᾶν, 500

Αὐλή, 59

Αὐλίον, 221, 344, 589. Aristophan. Lysistrat. 721

Αὖλις, 362

Αὖος, vid. αὐαίνειν.

Αὖρα ὑπήνεμος, 44. p. 29.

Αὐτῆι, 665. Aristoph. Lysistrat. 717

Αὐτόματος, 643

Αὐτός, 24. 600. Pro μόνος, 530. coll. 452. Pro ὅμοιος, 110

Αὐχήν, 183. 87

Ἀφανὴς, ἄφαντος, 130

Ἀφορμᾶν et Ἀφορμᾶσθαι, 694

Ἀφροδίτη, 70


Ἄχα-

Digitized by Google

Ἀχαρις, 124. 487. ἀχάριτος, ἀχάρισος, 124

B.

Βαβαί, partic. exclamandi, 156 et 153. Lat. Babae, quod saepius apud Plautum legitur.
Βάθρον, 351
Βακχεῖος, 73. Alibi Βάκχιος, de vtraque huius nominis forma vid. Valckenar. ad Euripid. Phoenn. p. 11. quem iam laudatum video a Cel. Brunck. ad Aristophan. Concion. 14
Βάκχευμα, 25
Βακχιάζειν, 203
Βάκχιος, i. q. Βάκχος, 9, 38, 143, 156, 428, 519, 572, 705. de vino dicitur, 453 et 517. 2) adiect. 445
Βάρβιτος, 40. Aristophan. Thesmoph. 137
Βάρις (Aegypt.) 85
Βασάζειν, p. 152.
Βίος, vita et victus. vid. Indic. edit. Euripid. Beck. Cycl. 338, 452, 520. Facultates et opes, Aristophan. Plut. 534
Βίοτος, 452. Aristophan. Eccles. 594
Βλάστημα, 205
Βλαχὴ dor. pro βληχή, 48, 59
Βλέπειν, 550. βλέπ. κάτω, 210
Βλέφαρον, 614, 483
Βοᾶ, 88, 122, 127, 248, 253, 288, 367, 408, 415
Βόσκημα, 164, 187. s. Aristophan. Ran. 892. βοσκήματα, pecudes, ibid. Acharn. 811
Βόστρυχος, 75, 499. ibid. Eccles. 955
Βοτάνα, 45
Βοτόν, 332. Βοτά, pecudes, Aristoph. Nub. 1427. pecudes.
Βότρυς, 191, 494
Βυπόρος, 301
Βρέφος, 48
Βρόμιος, cognomen Bacchi, 1, 63, 99, 112, 123, 617
Βροντή, 327
Βρύκειν, 358, 371.
Βρύχειν, ibid.
Βρύχομαι, Schol. Sophocl. Philoct. 751. ἐδίομαι, κατατηλίσκομαι. vid. Cel. Gedike ad l. l.
Βωμός, vid. in v. ἐχάρα.



Digitized by Google

## Γ.


Γαμεῖσθαι. ἡ γαμουμένη, 180
Γάνος, 414. vid. Musgrav. ad Euripid. Supplic. 1149
Γανυμήδης, 578, 581
Γάνυσθαι, 502. Aristophan. Vesp. 612
Γάρ, in interrogatione est: *igitur*, vt Aristoph. Plut. 403. Eccles. 786. Lysistr. 489. Nub. 1179. vid. not. ad Cycl. 154
Γαστήρ, 219, 243, 334, 504
Γάστρις, 334
Γείτων, 280, 595
Γεμίζειν, γεμίζεσθαι, 503. pag. 197
Γενναῖος, 41. f. 285, 652. (adverb. fortiter)
Γένος, pleonastice ponitur, 11, 117, 185, 264, 276. Pro *filio* 104
Γένυς, vid. γνάθος.
Geraestus, 294
Γεύειν et γεύεσθαι. 149, 155, 556
Γεῦμα, 150. Aristophan. Acharn. 187
Γῆ, quomodo vsurpatur, 99
Γηγενής, 5
Γηθεῖν, 463, 467, 523
Γιγνώσκεσθαι, 564. De γιγνώσκειν et γιγνώσκειν, vid. Valckenar. Phoenn. 1396. et Brunck. V. S. ad Aristophan. Ran. 52
Γλαυκός, de mari, 16. Aristoph. Ran. 666. γλαυκὴ ἅλς. ibid. Au. 1339. λίμνη γλ.
Γνάθος, 92, 146, 302, 309, 388, 394, 625
Γνώμη, 348
Γοητεία, 642


## Δ.


Δαί, 449
Δαίμων ὁ, fortuna, 110. Sic Sophocl. Philoctet. 1228. Deus, 522. p. 204. Alio sensu δαιμόνων μέγιστος dicitur 334. p. 136.
Δαίνυσθαι, 325, 371
Δαΐϊος, 512
Δαίς, 244, 246, 307, 418, 502, 570, 689
Δαιτυμών, 606
Δάκνειν, 313
Δάκος, 324
Δαλός, 461, 469, 470, 482, 589, 609, 626, 643
Δαμάτης, 121
Δανεΐδες, 429
Δάρδανος, 582
Δασύμαλλος, 359
Δεῖν vincire, 233
Δεινός, 195, 281


Δῆπου,

Digitized by Google

Δειπνον, 31
Δέμας, 2. περιφρασικῶς adhibetur, ibid. vid. Brunck. ad Sophocl. Trach. 908
Δέμνιον, 497
Δεννάζειν, p. 246.
Δέρκειν, 212, 509, 697
Δέρμα, 526
Δεσπότης, 34
Δεσποτικος, 266
Δεῦρο, 109
